

Colleccio Soc. Sojae Coll. incognit.

TVRCA NIKHTO'Ξ;

Hoc est;

DE IMPERIO
OTTOMANNICO
EVERTENDO, ET BELLO
CONTRA TVRCAS PRO-
spere gerendo,

CONSILIA TRIA, LECTIO-
ne & cognitione valde digna:

- I. Lazari Soranzii, Patr. Veneti: quod OTTOMAN-
NVM, siue de rebus Turcicis:
- II. Achillis Tarducci: quod TVRCAM VINCIBI-
LEM inscribere placuit:
- III. Anonymi cuiusdam DISSERTATIO, DE STA-
TV IMPERII TVRCICCI, cuiusmodi sub A-
murathe III. fuit: deq; eius euertendi modo.

Nunc primum ex Italico idiomate in Latinum conuersa

²
IACOBO GAVDERO ab Heroltzberga.

Cum INDICE copioso.



FRANCOHVRTI,
Typis WECHELIANIS, apud Claudium
Marnium, & heredes Io. Aubrii.
M. D C I.

Illustribus & Generosis. B. B.

D. ALBERTO

A L I M B V R G, S. R O M. I M-
P E R I I P I N C E R N A E H A E R E D I-
tario, semper libero:

E T
D. WEICKARDO LIBERO
BARONI IN POLHAIM, DN. IN
Buchaim & Wartenberg; S. Cæs. Mai.
à Consiliis,

DD. suis plurimum obseruandis.



VIBVS virtutibus, & animi
corporisq; dotibus, Illustris
& Magnanimus heros IOA-
CHIMVS antiquioris profa-
piæ COMES IN ORTEN-
BVRG, prædictus fuerit, multis iam ante a fa-
tis notum est; pluribus vero ex aliorū, me
longe doctiorum, scriptis & cōmentariis
innotescet. Mira fane & rara fuit E.G. in
vera & orthodoxa religione constantia,
quā ardentissimo zelo & indefesso studio
ita coluit, vt nullis honorum & præmiorū
pollicitationibus, nullis erumnis aut misce-
riis, quibus longo satis spatio varie ia-

2205 x 3

E P I S T O L A

etatis & afflictus fuit, ab ea diuelli, aliove flecti potuerit. Quid iustitiā dicam, cuius in priuatis & que ac publicis rebus & negotiis omni vitæ tempore fuit obseruantissimus. Quid prudentiā? Quid temperantiā? Quid magnanimitatē, iuxtaq; patientiam vere Christianā, qua infinitos aduersę fortunę casus & insultus fortiter superauit; tum faculratum quoq; iacturam non sane exiguum animo & quo pertulit. Ea porro illustris huius viri humanitas extitit, vt non modo suę aut lautoris quoq; conditionis homines, sed quosvis etiā alios, viri modo boni & honesti, nec à fana doctrina abhorrentes essent, animo beneuolo cōplexus, omniq; officiorū genere prosequutus fuerit: ita vt nulli, cui prodeesse modo se posse existimabat, operam suam vñquā denegarit. Hāc benevolentia etiam me quotidie expertum esse, libēter & vltro fateor, ac ni facerē, ingratitudinis crimen, à quo tamē semper abhorri, meo merito incurrerē. Doctorum vitorum, ipse nō mediocriter omni elegati doctrina imbutus, & vir spūnus, colloquio, cōuersatione, literis & scriptis plurimū delectat⁹ fuit, nec villas accepit literas (quotidie autē plurimæ ē diuersis Europæ regionib. ad eum fuerunt perlatæ)

D E D I C A T O R I A.
latæ) ad quas non è vestigio ipse suo auto-grapho responderit. Nec rei bellicę imperitus fuit, cuius cum historia veteri atque recenti exactam cognitionem tenuit. Patriæ salute & prosperitate, ad quam omnia referenda, nihil prius, nihil antiquius habuit, eamque omni ratione promouere & procurare pro viribus semper est adhixus. Scio equidē his, quæ à me summatim stricētimq; & vix uno verbo dicta sunt, non omnes & que fidē adiuncturos: vera tamen me dixisse, multi Principes, aliiq; magni nominis viri non diffitebuntur. Vos, Barones Generosissimi, eius rei testes laudo, omni exceptionē maiores. Partē tamen minimam laudum & virtutū huius herois me attigisse ipsēmet fāteor, quas doctioribus persequendas libens relinquō.

Biennium vero iam agitur, quo E.G. in libellum Lazari Soranzii de Ottomānico Imperio scriptum, incidit; quo sēpius perlecto, de Turcico Imperio, deque attritis iam ipsius viribus & exhausta potētia, deque eius extirpādi ratione, nihil vñquam elegati in lucem prodiisse, recte iudicauit, dignumque ob id censuit, vt omnibus Germanis, quibus patriæ salus & libertas cordi est, innotesceret, eius igitur ex Italiaco Idiomate in latinum transferendi ne-

E P I S T O L A

gotium viris aliquot eruditione & lingua-
rum cognitione præstantibus, commisit,
sed illi gratioribus occupationibus impe-
diti, voti compotem E.G. reddere nequi-
uerunt. Quod cum videret, mihi tandem
eius rei prouinciam delegauit, mihi inquā
omnium indignissimo, qui Italicæ linguae
studium vix primis, quod dici solet, labiis
attigi: Latini v.sermonis, et si eo velis re-
misq; contendā, exactam cognitionē ha-
ctenus mihi vendicare non possim. Obse-
quendum tamen erat tanti viri de me me-
isq; omnibus optime meriti, voluntati ac
iussui: vnde nō inuitus ad hoc onus susci-
piendum me accinxī, et si obtrectatorū &
inuidorum reprehēsionibus & calumniis
me expositum non nesciebā, quas tamen,
huius viri respectu parui faciēdas semper
existimauit. Vt autē in elegantiōra & magis
concinna singula prodirēt, rectiusq; mens
autoris à lectoribus percipi posset, à Cl. vi-
ro Scip. Gentile ICto, quem honoris causa
nomino, precibus obtinui, vt ipse emēda-
tionem susciperet, & sicubi videretur, in-
terpolaret. Quanquam vero iam ante se-
quianum finem huic labori imposuerā,
liber tamen ob quædā impedimenta, quæ
interuenerūt, viuo Illust. Comite imprimi

non

D E D I C A T O R I A.

non potuit: quo factum, vt ego spe Domi-
no comiti gratificandi, ipse vero laborum
meorum, licet exiguorū, optatis fructibus
temporis iniuria, fraudatus fuerit. Neta-
men interea labor iste omnino vanus esset
amicorumq; flagitationibꝫs aliquo modo
satisficeret, eum cum aliis in luce in dare, &
publici iuris facere visum est. Vobis autē
Illustres & Generosiss. Barones, q defun-
cti Comitis vltimæ voluntatis executores,
vt vocant, constituti estis dignissimi & vi-
gilantissimi, eum dedicādum censui, quo
palam omnibus constaret, eodem me de-
functi memoriā, totamq; Illustr. Ortēbur-
gicam & vestras quoq; Generosissimas fa-
milias honore & obseruātia prosequi, qua-
iam antea viuum semper colui & obserua-
ui: obnixe rogans, meum vt hoc erga vos
studium animo & frōte serena accipiat, is
meq; vobis semper commendatū habere
dignemini. De vs opt.max. quam diutissi-
me vos saluos & in columnes conseruet. Va-
lete. Per script. Herolzbergæ, ipſis Kal. Ja-
nuariis, anni 1601. cuius ingressum vobis
Illustribusq; familiis vestris, atq; adeo toti
Christianæ Recip. fauſtū salutarēq; exopto.

XV. Generos.
ſtudiosſ.

Jacobus Gauder ab Herolzberga.

AD IAC. GEVDERVM,
PATR. NOR. HORVM LI-
BRORVM METAPHRA-
STEN.

VT nitidi Soles, & lucida tela diei
Æstiu, nunc quam fuerunt infundere sece
In gremium terra frustra, quin protensus igni
Spiramenta suo laxent, fibrisque recludent.
Multus modis miris, & tot diversa figuris,
Omniparens post vnde genit, Desperfice, tellus
Gevauna tot fatus frugum, tot secula animantium:
Sic non incassum radiis virtutis autem
Percutunt, feruntq, suo fulgore nepotum
Interiora animi, & generosa lumina mentis.
Qui, nisi degeneres, nec tanto sangue dignos
Scrabere, nobisq, notam conquerere planta
Instruunt, & quos præsens & postera tales
Arguat infami rumore perenniter atas:
Sepius inspectant specula ista domestica. Seque
Conformatre illas tota nituntur opum vi.
Huc secus ac pecoris gerer, si pullus apertis
Altior ingreditur campus, & curva reponit
Mollia compositis gradibus: Vibratq, cornicis
Ignum oculis, & frena fremens spumantia mandit.
Tum procul armorum sonitus se precipit: aut se
Martius ille ex rauci canor increpat, & tiro
Stare loco nescit, miscat auribus, & tremit artus:
Tamtus ei cursus, tamtus certaminis ardor!
Hoc eodem, GEVDERE, modo tu volta parentum
Cottidie intuitus: patria propria trilinguis,
Et patria celebris Cœstigia pone legendio:
Quorum hic Sempronii, vel Achai Nestorii instars
Egregie cordatus homo, teretiq, PHILIPPVS
Ore fuit nuper, catus & sapientia in omni
Ciuli, & summus Germani sideris Atlas,
Cui Leo Versicolor, Selvati stupescens & barens
Dicere nequaquam veritus sit: Posse simisri,
Hoc superante viro, tibi nil, PEGNESE, venire.

Ph. Geu-
der.

Illæ sed excellens virtute & laudibus hisdem;
Ardua cum primis heic munia sustinet, & que,
Vi Bulgaria non, sic non Bulgaria poscent
Pectora, qui sensus faciant sudore felimos:
Iuris & adfulti vir seruantissimus aqui.
Horum inquam, GEVDERE, tuus exempla, & alentem
Non turpi torpere domi torpore iuuentam;
Esse puras dignum, ceu poter inertis Hierœ:
Verum illis si non par esse per omnia possis,
Ne tamen inferior longe sis, niteris omni
Conatus studioque, indefessusq, labore.
Hinc variis linguis, & multis fidis doctrinis
(Quando aliu nugas, inconcessaque petissunt
Delicias, perduntq, bonas in pectore dotes)
Excolis imbutam mentem, utam Ciuitat tractans
Iura, modo historias, nunc Euclidea: modo eius,
Descriptis radio rotum qui gentibus orbem:
Iam, qua sicut ciues ratione viaq, regendi:
Ex quibus insignem tibi colligis vndeque patet,
Dadala sicut apis, qua in saltibus omnia libat
Floriferis, cellisq, suis loculisq, reponit:
Non raro tacitam subit admiratio mentem,
Copia & scindit quum sit tot scripta, tuapte
Ducta manu, & roudem nocte, dieq, labores
Iam-nunc communem in patria Germanidos & sum,
Italico spoliis habitu quamplurima, & illa
Vestibus exornata Latus, atq, Erbe Quiritum
Donas, perficio, facili, planoque retexens
Omnia sermonis silo, stramaq, polita.
In quibus est Venetus culto SORANZIVS ore,
Qui Mahumetani res, sires, robora regni,
Et belli neruos, arcanaque plurima; & astros,
Et procerum inuidiam, & confusia, & perfida corda,
Et vitam, & mores, saevaque tyrrannidem iras:
Quaque illi valeat ratione modog, resifti,
Infringique eius res, & conatus, & ardor:
Singula Christicolis scita dignissima terris:
Ingenio tamto, tamta dulcedine pandis:
Vt melius nihil, & breuius nil posse putemus
Dicier à quoquam, qui mentem aduorterit illus.

Anton.
Geuder.

*Eſt in iis itidem MINADOVS, scriptor Eoī.
In regno Arſacidum belli, quod pluribus annis
Continuo, non eſt ita pridem, Turca furore
Geffit ibi, Saris successibus atq; triumphis.
Sepe etiam haud parua iactura ē clade suorum.
Dignus ē hic propter memorandos ancipitesque
Euentus bellū gentisq; immania facta,
Crudelesq; modos, atq; infatiable fines
Tendens cacoethes, & irrequiecia cerebra;
Et ſtatim, in extremis qualis sit Perſdos oris:
Ut non ſocordi, nec inani fronte legatur:
Sciſcet exemplum capiatur Et inde, quid ē re
Cuiusq; effē belit; ſi non ſeris ante periclo
Edofis proprio, quid proſit, cernere poffit.
Quin etiam veriſtatur aahuc incede ſub iſta
Præsignis cultu rerum locuplere libellus:
Quomodo Pannonis fit deturbandus ab aruis,
Non adeo magnaꝝ maru, magnaꝝ patru,
Turca feru, omnis veri, pietatis & boſtis:
Et ſimileis aliis, in ſolem quos proferet, etas.*

*His operum ſtudii dum dū, GEVDERE, profecte.
Non operam lucis tibi ſed, patriæq; lariq;
Commodus, & decus exornas laudabile gentis,
Supreme tendens praefcripta ad candida calcis.
O ſi nobilium noſtri pars plurima ſecili
Quis Deus & fortuna potens paria oculi fecit,
Ad ſimiles aquum vellent adiungere curas;
Et frigi mentem que paſcunt neſtaris inflar;
Et caelo adſimilant, & regna, & verbeisq; gubernant.
Sic operarentur ſtudii, tempusq; redemptum
Nobile, quo dignum, prelio ſollerter habent,
Poftabitu nauci rebus, certe omne per annum
Nobilium noſtra nil Nobilitate elueret.*

*BERN.PRAETORIVS, F.A.Q.
Noribergæ, &c.*

PRO-

PRO O E M I V M .

*T Principes viri rectissime ſuo officio
In regēdo Principatu, & iuſtitia ad-
ministrāda fungantur, duo iſpis in-
primis neceſſaria eſſe videtur: quo-
um alterum in eo coſtit, ut rerum
ſuarum perfectam cognitionem ha-
beant: alterum vero vicinorum Imperiorum ſtatū,
& conditionem reficit, quod omnium Politicorum,
& rerum agendarum iudicio, & ipsamet experientia
comprobatur. Verum in utroq; aſsequendo, maxima
iſpis cura atque diligentia adhibenda eſt, ut à falſo
verum perfecte diſcernere diſcant. Nam, ut de priori
taceam, ſi in posterioris, quod aliorum imperia conſi-
derat, inneſigatione noſtra opinio & cognitio verita-
tis non eſt conſentanea, nunquā ſalutaria conſilia, ea
dere habita, proſperum ſuccēſſum, & euentum opta-
tum ſortiri poterunt. Conſtat enim falſam inquiftio-
nem, vel informationem de dicto aliquo, regeſta, vel
loco habitam, idem prorsus damnum atque periculū
ſecum trahere, quod conſiliarius minus prudens, &
mendax, vel dux bellī imperitus, & inexpertus in-
ducere potest. Magna igitur laude eos Principes di-
gnos iudicamus, qui non modo ingenia, & ſidem ſuo-
rum miniftrorum pernoſcere & explorare ſtudent,
verum etiam primum in iſpa aula, deinde in peregrini-
nis quoque & exteris regionibus conſiliarios ſuos ha-
bent, aliosque viros prudentes & expertes alunt, quo-
rum illi quidem in historiis, & scientia ciuili egregie
verſati: hi vero in aliorum Principum actionibus, Im-
periorum inclinationibus, conſiliis, negociationibus,
tēfauris, armis, fœderibus, apparatus, & viribus*

P R O O E M I V M .

inuestigandis oculatissimi & perspicacissimi sunt. Ad quam rem plurimum conductet, Regionum cognitarum, aut recens inuentarum, vel quae nondum in nostram noticiam peruenierunt, cognitio. Quia in re semper tristis laude & memoria Ioannes ille Lusitanæ Rex, & Isabella Aragonum regina celebrandi erunt, quod ipsorum auspiciis & opera India Orientales, totuque nouus orbis fuerit repertus. Sed ut ad causas earum rerum, quas modo diximus, perueniamus: priores quidem, consiliarios scilicet, quod attinet, cum plurima dicantur aut scribantur adulandi animo, in favorem Principum excoigitata, vel utilitatis spe, vel ex falsa aliorum relatione, vel ab eiusmodi personis, qui rebus non interfuerunt, aut qui metu perculti veritatem in lucem edere non audent: maxima cautione. & iudicio eiusmodi dicta vel scripta, ab ipsis legenda sunt & perspicienda. De posterioribus vero sic statuendum, oculata testimonia maioris esse ponderis & fidei, quam sunt illa, quæ ex solo audiitu, & aliorum relatione percipiuntur. Quod quam verum sit, illi cognoscunt, qui regiones ipsime perlustrarunt, variis postea in libris Cosmographicis, Geographicis, & Chorographicis errore de Principiis imperiis, popularum consuetudinibus, locorum situ, vulgo receptos obseruant, qui tamen passim in antiquorum & recentiorum libris sparsi sunt, quod authores, qui de his rebus scripserunt, plurima affirmant, quorum nunquam perfectam cognitionem habuerunt, aliorum descriptiones imitantur, quæ tamen hodie rei veritati parum respondent, neglegit eorum iudicio, qui rebus ipsis interfuerunt, vel intelligentia prædicti sunt, quo obseruare talia possunt. Homerus & Ilysses prudètia titulo ornat, qui omnium pulcher-

rimus

P R O O E M I V M .

rimus est, qui viro principi, vel bello Duci conueniat, non modo quod aure probeat, ad percipienda quæ alii referunt, sed quod ipsemet obseruet, consuetudines populorum, varias perlustrat regiones, & urbēs plurimas. In hunc finem Plato lege canisse videatur, ne quis ciuitatem suorum peregre ad lustrandas exteras provincias proficeretur, nisi quadragesimum etatis annum prius complexisset, ut nimis annorum plurimorum decursu, animo ipsius prudentia confirmato, adres, quæ in hoc mundo occurrere solent, considerandas maturiori cum iudicio accedere, easque ad communem Patria utilitatem conferre posset. Sed in aliorum facta non opus est, ut inquiranti Principes, qui peregrinos contra ius gentium à suis limitibus arcent, ut incola China Moschos, & Abyssinos suo commercio primare solent; vel qui adiutus suarum regionum praesidiis muniunt, ne quis suorum exterios accedat: verentes cum Platone, ne peregrini mores, & consuetudines patrias & usum iam receptas corrumptant. Verum qui maiori humanitate præditi, omnes sine discrimine admittunt, cum omnibus conuersantur, & commercia tractant: quique a potestiorum vi se defendere coguntur, illi iure & merito vigilare debent in singulas horas & occasiones, non modo quæ in genere, sed quæ particulatim eveniunt, ponderare, & neglectis rebus primatis mercatorum, quid Reipublica administrationem concernat, pendere, ipsorum est officii. Quemadmodum igitur historiarum lectio hanc nobis utilitatem conferre debet, ut ex preteritarum rerum evenientia edicti in praesentibus & futuris prudenter nos geramus: sic praesentia recte cognoscere, & inuestigare debemus, ut in tempore periculis occurramus, generali nimis

P R O O E M I V M .

eognitione instructi, particularia illa ad eandem cū indicio referamus. Hic enim verus nostra scientia ordo est, ut à singularibus denique ad uniuersalia descendamus. Hinc Venera Respublicarationes & iura dominationis ad prime callens, non modo alios Principes imitans, Legatos ad exterros Principes, iudicio & ingenio perspicaci praestantes mittere solet, verum etiam lege sanxit, ut ubi quis Legatorū domū redierit, vere & particulatim omnia ea in senatus referat, que in aula Principis, apud quem Legati munus obiit, tum quoad ipsum Principē, tum ipsius Imperii statum & ordinem, obseruare potuit. Huīus legis sanctiōne causa extitit, ut iuuentus ad patrie commodum in rebus Politicis a primis statim annis instituatur. Eiusmodi relationes in Archivis diligissime afferuantur, vt Reipublica in futurū exemplis rerum prateritarum, melius consulatur, & nona informatione presentium utiliter prospiciatur. Hac me quoque causa monit, ut cum vide rem palam alios plurimum rebus Turcicis detrahere, alios contra veritatem eas attollere, quod vera informatione potius careant, quam ut studio alios decipere ipsis animis sit, publica plurimorum utilitati inseruire laborans, statum Imperii Tureici examinare, & consilia eius, qui nunc eo potitur contra Christianum orbem ex cogitata, aperire, & manifestare mecum statuerim, idque modo conuenienti, quatenus officii ratio illud permittit. Et cum quotidie experiar, relationibus olim habitis, non semper esse insitendum, licet vera sint, quod imperia, vel propter Principum mutationem, vel temporum successiones, vel alias ob causas facilime mutari solent, Venerae quoque relationes, quibus plurimum fidei dum!

P R O O E M I V M .

dum, sub gratiā pœna nemini communicentur: veteres etiam parum ad propositum nostrum faciant, & qua de recentioribus Epitoma circumferuntur, falsa sint ut plurimum, & hominum potius imaginations, quam res gestas contineant: Ideoque de rebus etiam minimis, que ad propositum hoc nostrum facere videntur, maxima diligentia & industria inquirere volui, cum bellum, quod nunc geritur ferre solum, mundum uniuersum suspensum teneat. Cum multis etiam viris iudicio & experienciarerum praestantibus sapissime iis de rebus contulit, quos recenter iis ex locis venisse noueram. Neque mihi ipsissimum, licet ibidem antehac plurimum videbam & obseruarim. Tandem rem totam in compedium formam redigi, ut usui Christianorum Principum, quorum illam scire refert, inseruiret. Nam cum mihi exemplo Benedicti Seranzii patris mei, qui in victoria Corzolaria, contra Turcas fortiter pugnans obiit, in bellum propter valetudinem minus commodam proficisci minime licet, bonum tamē publicum, & commune, ad quod ornes studia sua conferre tenentur, ut Polyanus Macedonicus Antonino & Vero Imperatoribus rescripsit, pro animi viribus promouere potius conabor, quam priuatam vitam agendo, ociosus, & nemini utilis domi desidere. Sic Diogenem legimus dolium suum in plateis sapius circumvoluisse, ne interea ociosus ipse conspiceretur, dum alii cives in patria defendenda strennam operam nauabant. Igitur in presenti nostro libello Turcicū Imperium describere, cuiusmodi sub Mahometo II. status eius usq; ad exitum Anni 1597. fuerit, decreui. Temporis vero idea mentionē feci, quod me non lateat belli eventū du-

P R O E M I U M .

bium esse &ancipitem, quo facile plurima immutari possunt, & Principum instabilitatem & necessitatem res nonas indies inducere confederatu dignas. Eum vero scopum in primis mibi propositum habeo, ut quae pertinent ad cognitionem belli, quod Turcicum Imperatore nostro & Transyluanogenit, innotescant, vel quae belli praesentis occasione requiri possunt, aperientur. Nam si alii nubis scribenda in hoc argomento sumppressam, veritus jam, nemis longus, aut aliqui tadiu forent Turciam, quod alii cuiuspiam scripto, & ad alias oportunitates plurima studio reservani. Interim plurima in medium adducam, que Christiano Orbi quousque tempore utilissima sunt futura, ut qui nunc vivunt, & eorum posteri aliquae ex his meis laboribus frumentum percipient. Ordinis igitur commodioris causam in tres partes librum hunc dividam. Prima de capite, membris & viribus Imperii Ottomannici ager. Secunda de Consiliis Mahemetis III. de causa belli quod nunc geritur, eius origine & progressu traelabit, sumto initio ab Amurathis imperio, qui Mahemetis pater fuit. In tertia parte quæstio decidetur, Num Cæsar, & Transyluanus pacem à Turca oblatam acceptare debeant, nec ne? Si male etiam ostendetur, cum quid detrimenti iidem Turcico Imperatori inferre, si bellum continentum quemadmodum alii Christianorum Principes ipsi nocere possint, ut omni tempore periculis, que Christiano orbi a Turcarum armis impendere videntur, obuiam eantur.

LAZA-

I
LAZARI
SORANZII
PATRIT. VENETI
Ottomanus
SIVE
De Imperio Turcico.

PRIMA PARS,
IN QVA AGITVR DE CAPI-
TE, membris, & viribus Imperii Ot-
tomannici.

CVR NOMEN MAHMETIS
Christiani detestantur, Turci illud tanquam fatale
perborescant & abominentur.

TS, qui nunc Ottomanno seu Turcarum potitur Imperio, Mahometes est, eius nominis Tertius. Quod nomen, vt omnium Christi fidelium detestatione & execratione dignissimum, propter duorum, qui hunc præcesserunt, eiusdem nominis Imperatorum facinora horrenda, & immanitates, quibus Christianum A

notnen persecuti sunt: sic ipsi quoque Turcæ præpter sinistras quasdam & fatales opiniones, quas de eo mente conceperunt, illud perhorrescunt. Anxii enim in eo versantur metu & sollicitudine ne, quod prius sâpe contigisse norunt, nunc quoq; eueniatur. Sciant enim Constantiopolim, quæ caput est Imperii, post priorem illam euerisionem, secunda sua initia, & incrementa Constantino Magno debeare, eandem postea sub alio Constantino Christianis ereptam & vi captam esse, quorum vterq; matrem habuit, eodem Helenæ nomine: plane ut Romanum Imperium, quod cum ab Augusto initium cepisset, sub Augustulo quodam extinctum fuit. Similiter ergo & illi verentur, ne Mahumete Imperatoria dignitate fungente, sedes Regni Constantinopolitani iterum illis eripiatur, quemadmodù à Mahumete II. bello atque armis in potestatem eius redacta fuit.

I. Natura, ingenium & mores Mahumetis III. Turcarum Imperatoris.

Curodio prosecutus fuit Nanum Nasuf Agam.

Eius mater & anna que nam fuerint.

Suspicio sinistra, quam pater Amurathes de eo habuit.

Exempla crudelitatis & immanitatis ab ipso perpetrate.

MA HV M E T E S igitur Turcarum Imperator, cuius præcipue in hac narratione facienda erit mentio, natura sagaci, ingenio scero, i prædictu: et, mollis tamen, tñndus & valde effeminatus, quod exempla quædam rerum ab ipso tum antequam

quam ad Imperium venisset, tum in ipso Imperio perpetratarū testantur. Cum iuuenis adhuc valde, in aula (q; illi Senalium q. claustrū vocant) de more gentis inclusus teneretur, Nanum Nasuf Agam accerime odisse cœpit, quod in fauore & gratia patris Amurathis plus ipsum quam quævis alium possum esse cerneret. Indagandis eius actionibus diligenter incubuit, sensitque quotidie calathum florib; refertum, ab eo ex aula emitti, inde dubio procul aliud quippiam magis preciosum sub istis floribus latere suspicatus est. Die igitur quadam cum summo mane de more calathum efferri videret, illum, qui gestauit, consistere coegit, & inuerso calatho floribusque in terrâ sparsis, auri copiam magnam absconditam reperit, qua de causa ira & indignatione percitus, grauissime cum patre exposuit, quod mancipia in maiori ab eo precio & fauore haberentur quam filius, cui plerumque illud ipsum denegatum sit, quo illi abundant, eo nomine patris accusans auaritiam, quam minime probabat. Præterea tam elato & superbo erga suos fuit animo ut ferre nequuerit, quod aua ipsius, (quæ, si modo vera sunt, quæ vulgo dicuntur, nobilis Veneta ex familia Bafforum fuit) in aula dominaretur, neque regimen illud propriæ matri, quæ è pago quodam Rezi nomine (qui est in Albania ad montes Ducasjnos) oriunda erat, concedere voluit. Cum his de causis patri lites moueret crebrios, & maiores indies causas, & occasiones sinistri quippiam de se suspicandi darer, iramque paternam magis magisque in se concitarer (ea enim æmulatione Imperatores Turci ci de sua salute sunt solliciti, inducti videlicet humana ambitione, & efferata immanitate,

4
quæ ipsis fere propria est, ut ne liberis quidem à se prognatis parcantur) tandem circumcisione eius ex lege Mahumetana perfecta, cui legatus Cæsar, Moscouitæ, Persarum Regis & nomine Reipub. Venetæ, Iacobus Soranzius, patrius meus interfuit, primasque partes inter Principes Christianos, eo in negocio tenuit: à patre in Magnesiam, ubi domicilium suum haberet, ablegatus est. Quo cum peruenisset, tantum abfuit, ut de sua crudelitate, & immanitate aliquid remitteret, ut specimen eius singulis diebus ederet euidentiora. Nunc indignatione, nunc alio peruerso animi impetu raptus, forcipibus ignitis mammas feminis eruere, ad 2000. Scholasticorū (qui Softi ipsorum lingua vocantur) morte crudelissima mulcetavit, propter nullam gravioris momenti causam, quam quod erga eum, significationem aliquam cogitationis minus pudicæ edidissent. Plurimos alios ob quamuis levissimam caussam trucidauit, & vt breuiter dicam, alienum se prorsus à Veneris delitiis & voluptatibus; vnicis vero bellicis studiis, & Martis actionibus animo deditum esse manifeste demonstrauit. Hac sua viuenti ratione patris dissidentiam erga se confirmauit, quam auxere non leues quædam suspiciones secreta cuiusdam conspirationis, quam in aula cum Sinano Bassa (illo qui Iaurinum occupauit, & anno praterito viuere desit) sub specie amicitiaæ arctioris conflans verebatur, vnde ipsum non modo septum arctiori custodia tenere, sed vita etiam priuare, nisi protinus animum mutaret Amurathes plane constituerat. Qua de re cum saepius à matre certior factus & admonitus esset, ut suspiciones eiusmodi patris animo eximeret, mentemque ad voluptates, & dele-

& delectationes applicaret, assensit tandem, & parere monitis decreuit. Ab eo tempore omniellecebrarum genere ita fuit irretitus, ut natura ipsa vel mutata, vel obducta in Principem luxuriosissimum subito evoluta. Idque vel ex habitu quodam, crebro vsu comparato: vel arte quadam adiutus (vt quidam putant) cuius Græcæ, Hebraicæ, & Turcicæ mulieres peritissimæ habentur. Ipsa quoque vita iniucunda ipsis solet esse, nisi Veneris affluant deliciæ, etiam in ipsis castris & militia. Res quoque & consilia maxime secreta suis communicare solet pellicibus & amasis, qua re nihil quicquam est principe viro indignius, nihilque perniciosius. Veruntamen his qui putant illum mulierum corruptelis, luxuria atque libidine impeditum fuisse, quo minus citius in bellum ipsem et profectus fuerit, non assentio, cum hac mora graues & magis veras rationes habuerit, quas postea recensebimus.

II. Cur Mahumetus serius in bellum profectus sit.

Cur vna ex amasis propria manu occiderit.

Mortem matri minatus.

Autoritas primorum Confiliariorum (quos Virsarios vocant) quare diminuta.

Benevolentiam militum quomodo sibi conciliarit.

Quo nomine Turcæ futurum Imperatorem insignire soleant.

VT primum regnum est auspicatus, opes eius & vires cognoscere voluit, non latebant ipsum similitates & contentiones mutuae, quæ in Bassis vigebant, in Sinano & Ferato præcipue, qui tunc

regni gubernacula fere soli tractabant, vt suo loco demonstrabimus. Constantinopolim vrgebat annona, & rerum omnium ad viatum pertinentium, frumenti in primis & panis extrema caritas. Intelligebat subditos minime contentos, propter plura debita à patre nondum soluta; quibus ipse postea satisfecit. Quid Persarum Rex Mehemet Quodabunda molitus esset, cum non ita pridem ipsius ex filio Emiro Hampsa, nepos, Haidazus nomine, quem obsidis loco ad Turcas miserat, obiisset, certo non constabat, in primis cum oblati veneni suspicio ad eam mortem accederet, praterea ipsi Duces præcipui & insigniores, belli confectionem ipso Mahumete etiam absente, promittebant, quod eo ab ipsis siebat animo, vt propriis emolumentis & commodis tanto melius consulere possent: Credebat præ omnibus aliis Sinani Bassæ consiliis, qui vt quam diutissime Imperio Reipublicæ supremo præcesseret, & nomen suum illustrius redderet, non modo perfacilem Transyluanæ Principis euersionem, sed ipsis etiam Cæsaris Romani ruinam illi pollicebatur. Illud porro verum est, à pacis studio & tractatione, etiam tunc ipsum non fuisse alienum. Quæ enim natura ipsi infinita erat ferocia, delitiarum & voluptatum velut ignibus emollita, paulatim diminuta & confecta fuit, vt nunc verius animi Tyrannici impetus quam viri militaris fortitudo dici mereatur. Quod tunc maxime restatum fecit, cum à quadam sua pellice, quæ ipsi charissima erat, multis precibus & lachrymis rogatus esset, ne proficiscendo in bellum periculis se obiiceret, propter somnium infaustum & prodigiosum, quod nocte præcedenti habuerat. Ille iratus,

tus, quod gloria, quam sibi promittebat, hoc modo se priuari, & ipsiusmet Imperii Turcici stabilitatē & firmamentum in dubium vocari crederet, nulla interpolata mora propria manu eam occidit. Idemque supplicii genus matris sèpius minatus est, licet aliis in rebus maxima apud illum polleat autoritate & gratia. Hodie porro extra controuersiam est, illum tanti non fieri à subditis, neque eam obedientiam illi præstat, quæ prædecessorib. ipsius exhibita fuit, ideo necessitatē & temporis sèpius cedere coactus est. Ea enim quæ solius & supremi Visirii Bassæ (qui sunt Consiliarii intimi) ante hac solebat esse autoritas, aliis etiam Visirios Bassis, ipso conniuente, attributa est. Ita beneficium, vel decretum gratiosum, quod quis ab uno eorum abstulerit, ab aliis sèpe reuocari contingit, quare nihil quicquam est, quod amorem & benevolentiam subditorum magis imminuat, & contemptum eorundem erga principem pariat. Quo nomine quoque à patre Amurathë multifariam peccatum est, qui ob quamuis leuissimam causam Visirios Bassas officio suo priuauit, aliosque spe lucri & pecuniaæ aucupandæ substituit. Quatuor prioribus, quinque alias adiunxit, vt nouem tandem essent, qui illo honore præfulgerent. Huius rei causam statuemus esse crebram primorum belli Ducum mutationem, quæ inde prouenit, quod de statu sui regni tunc ipsi non bene constituit, nec ingenia Ducum plane perspecta ipsi fuerint, vel etiam quod natura insitum Turcis sit, ut officia pro libitu sèpius mutent, & animi propositum ad fortunæ varios & incertos euentus accommodent. Variis enim cladibus acceptis semper exercitui nouos Duces præficiebat, vt (quod inter-

dum cuenisse scimus) capite mutato, reliqua membra promptiora, & audaciora ad belli pericula subeunda redderet. His rationibus omnibus sepositis, aliae magis graues magisque seriae fuerunt, quæ ipsius in castris præsentiam vrgebant, & requirebant milites scilicet (qui egeni, tyrones, & propter auaritiam eorum, qui prius bellum administrabant, ab alienatis animis erant) præsentiam sui Principis veri & legitimi cupide desiderabant, idque vel maxime propter dona & congiaria quæ illis dari solent, vbi ipsi met in castris versatur Turcicus Imperator. In iis cù Mahumetes tandem apparuisset maximam autoritatem sibi conciliauit, extincta opinione minus honesta, quam multi de ipso conceperant, & suis quantum potuit, satisfecit. Idque potissimum quod benevolentiam militum sibi conciliare in primis studuerit, non modo liberalitatè erga eos vsus est cōmemoranda, verum etiam, quantum fieri potuit, omni re ipsis quam commodissime prospectum & consultum esse voluit. Sæpe pedes ipsorum tentoria & castra perambulans, cum à cōsiliariis propriea admonitus esset, ne cōtra maiori suorum consuetudinē nimis aperte se periculis obiceret, in hæc Cyri verba ipsis respondit: Cum omnes, qui meum sequuntur Imperium mihique inseruiunt, fratrum loco mihi sint habendi, de ipsis quoq; non aliter ac de me ipso sollicitum esse conuenit. Militum quoque benevolentiam summopere sibi cōciliauit, cum in ipso itinere vespera quadam partem superiore tentorii sui concendisset, videlicetque duo Equitum Spahioglanorum tentoria à reliquis castris remotius sita, vt insidiarentur his, qui à castris aberrarent, quod latrocinium cum

depre-

deprehendisset Spahioglanos illos Janizaris suis diripiendos dedit, eorum vero corpora palis affigi curauit. Hactenus (vt alia in locum magis opportunum reiiciamus) de natura, moribus, & vita ratione Turcarum Imperatoris diximus: quem illi Sultan Alem, id est Dominum orbis terrarum, vel Regem regum nominant. Utuntur quoque vocabulo Vlu Padischach, quod idem valet ac summus Imperator. Hic caput est, quod nunc Ottomanicum Imperium regit. De eius filiis, vt ordo requirere videbatur, studio loqui supersedeo.

III. Filii Mahumetis Imperatoris.

Quomodo ipsis filii publice confici possint.

Quam ex suis concubinis charissimam omnium habeat.

Hoc vnicum adiiciam, duo ipsis cum fuerint filii, primogenitum non ita pridem mortuum esse. Inter hos etiam, qui nunc viuunt, is qui natu est maximus, decimum quartum ætatis annum agit, vel circiter, qui tamen nondum cuiquam publice visus est. Prius enim quam circumcidantur Turcicorum Imperatorum filii, in publicum prodire ipsis non permittitur. Cum autem plurimatum mulierum commercium habeat (inter quas charissima ipsi est Flatra quædam in Cypro nata) dubium non est, quin ipso in mortuo materiam amplissimam post se relicturus sit successor, Tragœdię Ottomannicę in frates de more gentis exercenda. Nunc membra huius imperii aggrediar, & initio quidem quæ in eo insigniora sunt recensēbo.

*IV. Num Imperium Turicum præclaris belli
Ducibus destinatur.*

*Quaratione Turce per gradus ad summos ho-
nores in militia ascendere consuerint.*

MVLT in hac versantur opinione, Turcicum Imperium hoc nostro tempore præclaris ducibus, & rei bellicæ peritis carere. Euulgata enim est mors Pialii Bassæ, qui Melitam Insulam frustra bello tentauit: Mustaphæ Bassæ, qui Cyprus occupauit: Pertaf, Ali, Vlucchiali, Ballarum, qui in mari à confederatis Christianis Principibus Anno 1571. victi fugatique fuere. Hos secuti sunt Olfmanus, Feratus & Sinanus Bassæ, qui omnes & in Persia & passim alibi magna virtutis & fortitudinis ediderunt documenta, quæ vbiuis locorum prædicantur. His quos modo diximus, extinctis, viros fortes & strenuos in Turcia viuere desuisse multi putant. Quod sane à vero nō omnino alienum est. Constat enim diuturno illo & difficilimo quod cōtra Persas gestum est, bello, quam plurimos interemptos esse bellii Duces, qui & authoritate & experientia plurimum valebant. Veruntamen cum hoc Imperium virtute bellica primum nasci & ori- ri, exinde per eandē crescere indies ceperit, & vi magis, quam amore sustineatur, certum est cunctos, qui aliqua nominis sui gloria tenentur, militiæ se se trahere, per quam & diuitias acquirere, & honores præ aliis conicqui se posse sperant. Hit enim mos in Turcico Imperio vulgo receptus est in honorum & munerum distributione, vt non is, qui nobilitate generis alios superat (exceptis iis, qui in aula seruiunt

uiunt, vel cubiculo Imperatoris præficiuntur) sed qui fortitudine & experientia rei bellicæ reliquis præstat, ad supremas dignitates euehatur, quas im- mensæ opes & dinitæ necessario sequuntur. Inde fit, vt nunquam huic Imperio Dices spectatae ex- perientiæ, & probatae fortitudinis deesse possint, id que vel maxime, cum quis etiam ex priuatis mili- tibus per gradus ad supremum belli Imperium per- uenire possit. Sed cum in omni militia res feliciter gestæ in gloriam & laudem summorum belli Du- cum, qui illud administrarunt, & non in altos redū- dare soleat: sic cum in Turcia pari modo illi, quo- rum nomina præ omnibus aliis nota & clara erant, quasi eodem momento extinti sint, vanus ille in vulgus rumor sparsus est, Imperium Turicum vi- ros non habere ad militare Imperium idoneos, q- bus illud tuto demandari possit. Nomina eorū qui inter primos habentur in aula Turcica recensabo. Licer enim quidam eorum iam mortui, alii officiis suis spoliati fuerint, tamen propter ea, quæ necel- fario à nobis recensenda sunt, illorū mentio ad reli- quorum cognitionem non parum proderit.

*V. Assan Bassa Constantinopolim regit absente
Mahumete in Ungaria.*

Quare Cairo illuc enocatus fuerit.

CV M Mahumeti Constantinopoli discedendū Celsus, regimen grauissimum eius urbis (quæ variarū nationū, & diuersissimorū ingeniorū hominib. repleta est, & hui⁹ vastissimi Imperii sedes præcipua) Assano Bassæ Eunuco demādauit. Hic na- tione Epirota (qui hodie Albani dicuntur) in pago

Cicaleſſi, qui eſt in territorio Elbaffano, natus eſt. *Sic Baffa nomine Cairū in Agypto anno 1582. rexit, sed ad portam (sic curiam illi & Palatium Imperatoris vocant) citatus, cum ſe multis criminibus accutum ſciret, diu quid faciendum ſibi foret, defensio hæſit: num litigandum cum aduersariis, an pro fuga verſus Ormutzum & Indias ipſi caperanda eſter. Tandem Constantinopoli comparuit, viſicaptus ab eo, qui quondam magiſter iphius auſie fuerat, 500. Coronatis, ex feruitute emptus, iterum propter luam virtutem & ingenii dotes, ad eam qua non ita diu ipſum pollere vidimus, eminentiam & dignitatem euectus eſt. Qui, ſi diutius ipſi viuere continget, ad altiora ni fallor aspirabit, & pertinget. Prudentia enim singulari præditus eſt, & plerisque gratus & acceptus. Christianis fauet, Iudeos acerrime odiit.*

VI. De Hibraimo Baffa & eius ineptis.

EXERCITVS totius ſumnum imperium, Ante prælium ad Agriam commiſſum, penes Hibraimum Baſſam fuit, qui in prouincia Hertzcouina dicitur natus. Imperatori ſanguine iunctus eſt, parum iudicij habet, ad imperandum plane ineptus, liberalis tamen & facetus eſt, ne dicam fatuus, & ridicularius, Venetam & Ragufeam (olim Eridamnum) Republicas ſuas vocat cognatas: Mediolanum clasſe, Melitam vero actis cuniculis infra iſulam ſe occupaturum dicere ſolet, & huius generis plures ineptias effutire. Adparet ad pacem ipſum maxime inclinare, non modo quia omnium timidifimus eſt, verum potius ut Sultanæ (quæ Impera-

Imperatoris mater eſt) eidemque vxori luæ gratum faciat, ac morigeretur.

VII. Sinan Cicala cur Hibraimo, in officio Ducis & primo Viſiriati ſucceſſerit.

Cur ab iſdem officiis deponitus & in Burſiam relegatus.

Cur Venetiis non faneat.

De Mecca.

Ratio una praefentis belli Turcici declaratur.

HIBRAIMO ſuccedit in Ducis officio, Sinan Cicala. Nam cum in pugna ad Agriam nō ita pridem commiſſa, ille parum idoneus ad tam graue Imperium gerendum adparuiffet, hic vero contra, ipſius etiam Mahometis iudicio, illius deſetum ſuppleuiffet, eoque magis strenuum ſe præſtitiffet, quam in ipſius diligentia fuifet iure requiſitum: Exercitum namque recollegit, Imperatoris personam in tutum redegit, pralii euentum dubium & ancipitem reliquit. Igitur non modo primarii Ducis officio dignus habitus, ſed primus etiam Viſir Baſſa creatus eſt. Tandem vtroque priuatus fuit, quod Imperatori nimis audacter conſuluiſſet, ne Sultanatum verbis fidem haberet, matris in primis, quæ, ne iterum filius in bellum proficiſceretur, omnem mouebat lapidem, omnemque excogitauit modum, quo ipſum effeminarum & imbellem redderet. In Burſiam igitur Afiax urbem quondam Turcicorum Principum ſedem relegatus eſt, nō ciitra periculum vira. Mater enim Mahometis (more mulierum, quæ conceputum vel amore vel odium acerrime animo retinere ſolent) precibus filiam fa-

tigare non desinet, donec de ipsius morte certi quid ipsi à filia promissum fuerit. Ferre enim non poterat mancipium eo audacia procedere, vt matrem in filii malam gratiam collocare conaretur. Huius rei sollicitudo diu anxium eius animum tenuit, non modo propter inconstantiam & mobilitatem Principis, insignemque erga mulieres affectum atque mollitiem, verum etiam quia cum Hibraim ad mandatum Sultanæ, & impulsus à coniuge, Constantinopolim recuperato primi Visirii officio (alias enim domum redire ipsi non licuisset) sit reuersus, non sine cauſa suspicatur, fore, vt in omni infidiarum genere eum Sultana persequatur, accusationemque, quam non ita pridem de mortui Ferrathi Bassæ amici ipsi mouerunt (qui eius capitalis inimicus fuit) semper fouere & redintegrare concut. Sed his omnib. sepositis, cū Cicala sit opulentissimus, ingenio valeat, strenuus, & rei militaris, terrestris in primis cognitionem exactam teneat, utputa, qui in Persicis bellis fere enutritus fuit, non est dubitandum, quin vbi huic primum Mahometis furorem atque impetum effregerit, tela in se directa & coniecta ita clusurus sit, vt facile, quæ amissit, recuperare possit. Cuius rei iam ante specimen edidit, cum ab Architalassi officio remotus, non modo propter suspicionem quam de se dede- rat eius frater, proficiscendo Constantinopolim, quam vt ea ratione Reipublicæ Venetæ satisficeret, cuius ipsemet Turcicus Imperator rationem habita- tam in eo remouendo esse, palam profitebatur, volebat. Odium quod in Reipub. Venetam animo conceperat iam adolescentis & Christianus, inde originem traxit, quod eius Reipub. triremes myopam,

tonem, qui ipsius parentis fuerat, rapuissent, nec restituissent. Patrem habuit Genuensem, Mater Turca fuit Castellinoui nata: Ipse vero Messinæ procreatus. Iniuriarum acerrimus vindicta fuit. Vox rem duxit nepotem filiæ Rustemi Bassæ, quem is ex filia Imperatoris Solymanni suscepserat. Hæc ipsa est, quæ non ita pridem immensis sumptibus aquæ ductum longissimum in deserto Arabia, vt peregrinantium ad Meccham commodis necessitatibus que subueniret, ædificauit. Meccha autem, vel Macca vt Arabes vocant, ea est vrbs, quam communis ipsorum vocabulo Medina Alnabi, id est vrbs Prophetæ, quo nomine seductorem illum Mahometem intelligunt, dicitur. Hæc Sinani Bassæ socrus nostra memoria eo nomine clara est, quod cauſa non infima extitit belli Cæsari Rodolpho ab Amurathemoti, dolore incensa, quod ipsius filius unicus, isque charissimus in prælio ad Cobapim præteritis annis sub Assano Bassæ commisso, cum aliis occisus fuerit.

VIII. De Giafer Bassa & cur ab officio fuerit removitus.

DVCIS officio vel vicarii potius anno præterito in Vngaria ad Belgradum (quæ Alba Græca dicitur) functus est Giafer Bassa Eunuchus, natione Hungarus, quo tandem eandem ob causam, qua & Hibraim priuatus est. In Persia sub Osmano, Sinano & Feratho Bassis militauit, donec Bassa Tabrisii (quæ olim Ecbatana, nunc Tauris vocatur) creatus fuit, quæ cum à Persis obsideretur, acerrime ab ipso, insigni fortitudinis, prudètia & liberalitatis specimine edito, defensa fuit.

IX. *Affan filius Mahumetis Socolevichi.**Officium Beglerbegi Gracie.**Herzecouina Provincia.**Quo nomine Turca illum vocare soleant qui secundum ab Imperatore locum obtinet.**De Vidino vel Bidena vrbe.*

BEGLERBEGVS Gracie nunc est Affan Bassa. Græcia autem à Turcis Rumelia, ab ipsis Græcis populi scilicet Europæ dicitur. Eo enim nomine, ut historiæ testantur, translata Romani Imperii se-de, Constantinopolim, non modo Asia, sed ipsa etiam Europa, in primis vero Græcia vocata fuit. Hic Affan Bassa oriundus est è regione Herzecouina, qui olim ducatus sanctæ Sauæ dictus. Estq; Bosnia prouincia pars, quæ versus Ragusiam protenditur, illo itinere, quod Constantinopolim ducit. Patrem habuit Mahumetem Socolevichū, à loco quodam Socol, qui est in Herzecouina, sic nominatum. fuit que Vizir Azem, id est, Princeps consili, & gubernator suminus Imperii Ottomannici, sub tribus Imperatoribus: quod officium Diadar, vel Deuidar à Mamalucis in imperio Sultani Egypci, à Græcis vero vocatur. Militibus gratissimus est propter comitatem & humanitatem. In comitatu suo plerunque mulieres plurimas secum circumducere solet, & propter sumptus immēsos, quos facit, fere non amplius est soluendo, bonis suis pene omnibus decoctis. In Persia militem egit, & vltimis bellis Vngaricis interfuit. Cumque ipsius Imperium dignitate & autoritate præstantius sit reliquorum præfectorum, ita quoq; eius iurisdictio,

& domi-

& dominium latissime se extendit: Bulgariam videlicet, Seruam & Albaniam comprehendens, atque ideo multi eum se&tantur. In Rosgrado Bulgariae vrbe cum exercitu aliquandiu commoratus est, vt Walachos, & Transyluanos transitu Danubii prohiberet, & rebus sicut requirentibus, cito ipse met transfretare posset. Nunc subito Vidinum olim Bidenam, missus est, qui Sangjachatus est, Græcix Beglerbego (non Zezoborensi Bassæ, vulgo Temesuar vt alii volunt) subiectus. Si vita ipsi diutinior contingat, dubio procul in virum præcipuum & primarium totius Imperii euaderet.

X. *Hafis Haemat cur ab officio fuerit remotus.**Ipsum primum fuisse qui Equitibus Turcis stipendum soluit.*

HAFIS Haematus Caii quondam Bassa, Eu-nuchus est, Vonari Albaniæ pago non procul à Cicalesto diffuso natus. In Croatia & Bosnia bello prafuit, sed negligenter accusatus, quod Petrinam non occupasset, ab officio deiectus est. In gratiam tamen rediit, & in Scopiis nunc degit. Iustitia colit, prudentia valer, ductus superstitione omnis hoc suscepit. Concionatorem Mahumetanū prius egerat, quod vox Hafis denotat. Ille primus fuit, qui Equitibus Turcis stipendum soluit, & pecuniam mutuo dedit petentibus. Quia in re si Principes Ottomanni nostrorum morem imitari vellent, immensas copias tam equestres quam pedestres facile colligere possent.

XI. Sophi Sinan Bassa.

*Mehemeto Satarzgi eur faneat Sultana
mater.*

Haidar Bassa.

Odanerii.

Velli.

IN exercitu ad Agriam erat etiam Sophi Sinan Bassa Budensis Albanus natione, è montibus Ducaginis ortus, quem Turcæ propter prudenteriam & fortitudinem plurimi faciunt. Aderat quoque Mehemet Satarzgi Albanus & ipse. Præcipui enim Duces Turcici ex ea gente originem trahunt. Diu Caramania Bassa fuit, vbi prudenteria plurima edidit specimen. Iam vt plurimum ingenio & voluntati Sultanæ matris, (quæ ex eadem gente est) sese accommodat, & paci studere simulat, inde officium Tzader Mechter Bassi (quem magistrum Tentoriorum vocare possumus) adcepit, quem, si, qua cœpit, benevolentia prosequi perget, non dubitandum, quin amplissimis tandem præficiatur muneribus. Ferunt eum cum adhuc in aula satellitem ageret in certamine quodam ludicrio non procul à Castro veteri, vbi palatium regium est, habito, tam strenuum se gessisse, aduersariis in fugam coniectis, aut concisis in gentibus vulnerum plagiis, qualèsinferre Lanii solent, vt Satarzgi inde vocatus sit. Alii putant, reuera ipsum Lanium fuisse. Præter eos, quos modo recensui, in exercitu quoque fuit Haidar Bassa: Is Beglerbegus cum esset, ab Amurathe in Muldauiam missus, officio suo tam probe atque industrie functus est, vt aliquo modo illexisse vide-

retur

retur Polonus ad donum quoddam & munus annum Turcæ quod mitterent, decernendum, & res quæ in controuersiam venire poterant, amice componendas. Nunc in Persia versatur. Belgradi tunc consistebant Odauerdi & Velli Bassæ: Ille in bello, quod in Croatia & Bosnia gestum est, claruit: Hic Muldauiam Stenipetro, qui eam cū turma Cosaccorum maiori temeritate, quam prudenteria occupauerat, rursus eripuit. Adfuerunt insuper in castris plurimi alii Bassæ, & Sangiacchi ordinarii, quorum nomina, cum sint nouitii, neque ita celebres, nobis nondum innotuerunt.

*XII. Affan Bassa, quare concitarit reliquias
Mudahari in Gemen.*

PRÆTEREA è Gemen seu Gimini Arabiæ felicis vrbe euocatū fuisse ferunt Aslan Albanū qui seniori Sinan Bassæ sanguine iunctus ab eoque nutritus erat; hic artificiole reliquias familię Mudahari, quæ ab Osinanno quoq; defecerant, concitauit, & honestas de illis reportauit victorias. Afluit diuitiis, vnde facile militum fauorem si biconciliare poteat.

*XIII. Halil Bassa Archibalassus, & eius ignavia.
Giafer.*

HALIL Bassa classis præfectus, Turcico Imperatori cognitione iunctus, Vngaçus est, in Bosniā natus, homo nouus, nec vlla re clarus quā quod donaria Imperatori suo, à pyratis q; in mari Ægeo & circa Peloponesum pdantur, exigit: hoc anno monasteriū Callogerorū, q; erat in Strophadū Insula

(duæ sunt eiusdem nominis, hodie Striuali dictæ) exuslit, quod cassem Hispanicam receperissent. In nulla habetur aestimatione. Putant quidam hoc officium ab illo in Giafer translatum iri, qui in Calabria natus, ab Vluchiali illo, qui Anno 1571. è strage maritima evasit, enutritus fuit. Hunc rei maritima peritissimum esse prædicant.

XIV. Praefecti rei maritima.

Piratae.

Cur Solymannus opera Ariadini usus sit.

NON est, vt quis dubitet, quin Turcico Imperio viri rei, nauticæ periti, & ad gerendum bellum maritimum idonei desint. Constat enim ab anno 1572. vsque ad hunc diem per exiguum à Turca emissam esse classem. Deficiente igitur occasione quantum valeat virtus militaris, cognosci non potest, languescit potius, & sape etiam omnis extinguitur. Verum necessitate sic urgente, vt classis validi ipsi paranda, instruenda & emitenda sit, quo antecellorum suorum consilio vti posset, mercede fortissimum quemuis è pyratarum ducibus conducendo, quibus receptaculum præbere solet Thinnissæ (qua hodie Tunetum) Hypponis, qua Bona olim, & Buscæ, aliisque in portubus. Inter quos Archipiratas celeberrimi hoc tempore habentur Cara Deli, Amurat Bei, Mehemet Bei, tres è familia Memorium, duo Albani, Cyrneus quidam (Cyrnus hodie Corsica vocatur) Sala Bei & alii, non minus celebres in hac arte, quam periti. Gallus quidam Politicus scriptum reliquit, Solymannū Imp. præmiis splendidissimis & preciosissimis illustrem illum

illum piratam Ariadinum Barbaroslam ad se alli- cere studuisse, ipso etiam Architalassī officio ob- lato. Idque propterea ab eo factum esse scribit, vt vires sui Imperii augeret, & ipsum Ariadinum ita fibi deuinciret, ne amplius rebus Ottomanicis da- minū inferret. Ethicæ haec tenus de ipsis belli ducib. nunc milites & membra minus principalia descri- bere aggrediar. Horum duo sunt genera. Alii sunt proprii, auxiliares alii. Priorēs in equites & pedi- tes distribuuntur. De illis priori loco nobis dicen- dum erit, cum in equitatu omne pene Turcarum robur bellicum constat.

XV. De Spahis & duobus stipendiorum generi- bus, Timaro & Vlefe.

De S. Theodoro Stratilato.

TVRICCI Equitatus præstantia in Spahis consistit, qui stipendiis loco certos habent reditus, quos illi Timari vocant. Timarum proprie- di ci potest pensio quadam vel assignatio certorum reddituum, qui ex fundis percipiuntur, bello acqui- sitis, qui certa proportione distribuuntur militibus, quorum præ ceteris emicuit magnanimitas, qui que strenuam in bello nauarunt operam, cum coloniis antiquis vel feudis, vel qua nostra ætate dicuntur, Commendaturis comparari possent. Præmium quod Romani in milites bene de Repub. meritos conferre solebant, vt ad dies vitæ eo fruerentur, be- neficia adpellabant: Beneficiarios vero qui illo præ- mio fruebantur. Cum his conuenit, quod Græcis Υπαίσιον, Υπαεῖται, & Υπαεῖσθαι personæ dicuntur. Etymologia à voce Υπάν ducta, qua honorē signi-

ficat. Vnde de Theodoro (non eo qui Tiro, sed qui Stratilatus, id est, prætor vel militu[m] ductor vocatus est) legimus, quod à Licinio Augusto arcem Heracleæ in vicem Timari accepit, idque diu ante, quam ad martyrium propter fidem Christianam tractus fuit, vt haber Philo poeta Græcius, Damascenus, Nicephorus Calistus: Sicut etiam in Meniæ, quod est officium Græcorum menstruum legitur. Vlce dicitur ea merces, quæ de die in diem à Quæstore militibus, qui stipendium accipiunt, & reliquis, qui in aula Imperatoris seruiunt, persoluitur, qui Vlefezgi, vel Olophagi dicuntur, quasi quibus de solo viatu prospectum est, à Græco illo ὀφάγιον voce deducta. Eorum qui pro timaro in Europa militant ad 1600. numerantur. Quilibet Spahorū, qui circiter 3000. ad 6000. a[pro]s annuos habet in redditum, in bellum cum equo uno profici sci obstrictus est: qui circiter 5000. ad 10000. habet, cum duobus se sistere cogitur. Idem de reliquis, qui plus minusve habent in redditu habita proportione statuendum est. Nonnulli plures equos alere solent, prout quis vel diues est, vel honoris & gloriae desiderio tenetur. Horū Spahorū pars maxima Beglerbegō subiecta est, quoru[m] numerus ad 9000. Timarorū accederet: Reliqui Bosniæ, Budę, & Zoroborensi (vulgo Temcswar dicitur) Bassę parent.

XVI. De Spahoglanis, Selectariis, Vlefezgi & Guraba.

PRÆTER eos, quos modo commemorau[imus] Spahos, sunt Spahoglanis, qui in aula nutriti delicatuli sunt, a[pro]p[ri]a[rum] aulicorum more polite & splendide vestiuntur habitu Persico. Equitant more Asiatico,

par-

paruis vntentes ephippiis, è quibus facile deturbari possunt. Quondam non tenebantur in bellū proficiisci, nisi præsente Imperatore, sed non ita pridem eorum plurimi à Sinano & Giafer nolentes in militiam tracti sunt, quod aliis militib[us] destituerentur. Qui cū in Seruia & Bulgaria hybernassent, tam male extorsionibus & rapinis mulctarunt miseros rusticos, vt peius ne ab ipsis quoq[ue]; Tartaris tractarier potuissent, quorum etiam vestitum & personam sepius induerunt, vt sub ea specie delicta sua facilius cooperire possent. Horum quatuor sunt ordines in aula Imperatoria, videlicet Selectari, Vlefezgi, Guraba & Spahoglanis: Sed posteriorum numerus omnium maximus est. Igitur eorum nomen sine discrimine omnibus attribui solet. Selectari & Spahoglanis in duo agmina diuisi sunt, videlicet in Silectarios dextri & sinistri lateris, & Spahoglanos dextri & sinistri lateris. Diuersis signis inuicem internoscuntur, quibus si eos, qui Guraba & Vlefezgi non minantur, adiicies, agmina sex efficient. Guraba autem nomen plurale est, à Carip du[omi]num, quod pauperem & nudum denotat. Vlefezgi autem, vt superadiximus stipendiarii dicuntur. Horum ordinum quilibet propriū suum habet Agam, quiduibus vel tribus equitum millibus imperat.

XVII. De Acanzii & Haiduchis. De prouincia Dobruccia.

QVI Acanzii vocantur, vt plurimum agricolæ sunt, sed falluntur, qui eos Haiduchis Hungarorum comparant, cum illi equites, hi pedites militare soleant. Nec recte eos à Iouio, & aliis scriptoribus recentiorib[us] voluntarios milites adpellari puto,

cam propter exemptiones ipsis concessas in bellum proficisci cogantur, saepius tamen Zingarorum vel Tartarorum more integras regiones deprædando peruagentur & deuastent. Non magna ipsorum ratio habetur: in Dobruccia Bulgariae prouincia, ut plurimum ad Danubium desident & morantur.

XVIII. De iis qui Gionli, Baratli, & Muteferaga dicuntur.

I qui Gionli dicuntur vere sunt voluntarii milites, qui sicut & hi, quos Baratli vocant, & spe alii cius muneric consequendi militant: voluntarie si ne stipendio in bellum proficiscuntur, iis Christiani plurimi admixti sunt, quemadmodum & reliquis, quos Muteferaga nominant, sese adiungere solent (qui sunt præcipui aulici) nec in bellum nisi Imperatorem comitandi causa ire coguntur, ab oneribus militiae eximuntur, liberrime omnia deustant, exercitum præueniunt, tanquam præcursores: ex preda acquisita partem quintam Imperatori offerunt. Reliqui Baratli Bassarum & Sangiachorum familiis & Spahorum seruitiis se immiscent.

XIX. Numerus Timarorum Asia, Africa & Europa.

De voce Beglerbegi.

De Beglerbego Gracie & Anatolie.

De Diuano.

De Sophia, Tibisca, Nigeboli, Scopia, Sardica, Triaditza, Cuthegia, Stamboli seu Constantinopoli.

De prefecto maris & eius redditibus.

T I M A

TIMARORVM in Asia numerus ad 50000. sese extendit, quæ subducta ratione 15000. tam equitum, quam peditum, seruis annumeratis, efficiunt, multitudine Europæas duabus tertis superant, sed armis non bene instructi, parumq; fortes sunt, nec ad bellum idonei, exceptis iis paucissimis, qui ad mare habitant, & militiae nauticæ additi sunt. Initio postremi belli Persici 30. fuere in Asia Beglerbegi, & exinde numerus eorum auctus fuit. Africa tres habet. Fessæ & Marocci regna nullos habent, sed potius Turcæ tributaria dici possunt. Europa habet sex Beglerbegos: quæ vocabuli explicatio mihi subiicienda erit; cum saepius eius à me facta sit mentio. Vox illa Turcica Beglerbeg idem valeret, quod Dux Ducum, seu princeps Principum. Hi enim supremi sunt Duces & Præfecti, quibus reliqui omnes, qui aliquo in Provincia sibi commissa Imperio militari præsunt, subiecti sunt. Hi eandem protestatem obtinent quam illi, qui Melicul Vmerca Arabibus & Græcis ἀρχοντες ἀρχωτανοι vocantur. Quorum tres autoritate & dignitate reliquos superant, & eundem cum Bassis & Viziris locum obtinent. Viziros autem vocant Turcæ, qui in Diuanum seu consilium regium admittuntur, vt ibi in præsentia Imperatoris lalentias dicant. Diuanum autem nō recte à quibusdam Douana & Tiphianum dicitur. Rumeli Beglerbegus primus est, qui Romaniae seu Græciae imperat, & sedem habet in urbe Sophia, quæ olim Tibisca dicta est, metropolis tamen Bulgariae, vel Volgariæ (à populis, qui à Volga fluui eo migrarant sic nominata) nō est, vt falso quidam opinantur. Neque eo loco habenda est Nicopolis, quæ propter victoriam, quam Traianus de Rege

Dacorum Decebalo reportauit, claret. Erant quoque qui Sophiam pro antiqua Scopia vel Dardania, vel Macedonia sumunt, neque etiam Sardia est, à qua Synodus Sardicensis sub filiis Constantini habita, nomen accepit. Hodie enim Triadiza nominatur. Asia minoris seu Anatolia Beglerbegus inter primarios secundū locum obtinet. In Cutheia residet, qua Cotyæum quondam in Phrygia sita, imperite à quibusdam in Gallatiam ponitur. Denizi Beglerbegus, qui & Supremus Basla dicitur, maris Imperium habet, ut plurimum Constantinopoli moratur, quam Turcæ corrupto nomine Stamboli vocant. Hic armamentarii curam gefit, priusquam à Solymanno ad honorem Beglerbegi euectus esset, Sangiacco di Gallipoli vocabatur, ad sustentationem sui fruitur redditibus quos habet officium Subassi di galata, seu fiscus Peræ, quod pro 16000. coronatis elocatur. Habet etiam vberrimos prouentus, nouem Insularum, quarum præcipua est Nixia. Atque haec tenus de equitatu, sequitur de peditatu.

XX. De Agiamoglanis & Ianiزارis.

Vera Etymologia Ianiزارorum, & qui apud Persas Ianiatores fuerint.

Quomodo Ducem præcipuum adpellare soleant.

De voce Aga & Agalari.

Qua de causa Ianiزارi superbiant, & de pristina strenuitate & fortitudine plurimum remiserint.

Demonaeta

Demonaeta Turcica.

De monte Haion Horos.

De Dephterdaris.

PE D I T E S præcipui apud Turcas sunt Ianizari qui è numero Agiamoglanorū (qui sunt Christianorum liberi masculi, quos in decimis penderere coguntur) ad id vitæ genus à pueris feliguntur & enutriuntur. Reliqui in aula vilissima queuis subeunt munia. Cum nauigijs (quæ Caicchi vocant) hinc inde nauigant, vel hortos colunt, vel aliis eiusmodi rebus perficiendis adhibentur, salarium vnius tantum aspri in dies singulos accipiunt. Asper seu Asprus (non, vt quidam volunt, Asperus) Græcis dicitur ea moneta, quam Arabes, Osinanni, & Turcæ Acle vocant ab albedine, quia ex argento constat. Eorum species duæ sunt, maiores & minores, horum vñus frequenter est, licet viliiores, & minus pulchri sint: illi bonitate materiæ priores superant. Eo monetæ genere Turcicus Imperator militibus suis & aulicis satisfacere solet. Scriptores quidam Syderocapsiam vocant, ab arce Syderocapsa, quæ in prouincia Thaffi ad Athon montem celebrem sita est. Hunc montem Græci αἰγάλον ὄπος, vel quod mari Ægeo immineat, vel quod capris pascentibus ubique sit refertus, appellant: aliis dicitur αἴγιον ὄπος, mons sanctus, quod Turcisonat Seitdag. Nam 23. in eo sita sunt monasteria Calogerorum, qui sunt Monachi in solitudine viuentes. Asper valet 24. manguris. Mangurus moneta cuprea est, idem valens, quod numulus antiquus. Quinque aspri si boni sint, & iusti ponderis, faciunt drachmā: duodecim

drachmæ thalerum efficiunt. Thalero uno & medio constat Cecchinus Venetus, qui eiusdem est valoris cum Sultanino Turcico aureo, quæ omnium præstantissima moneta Turcarum est, sedecim Paulinos Romanos valens. Sultaninus, quem alii Soldanum vocant, à Sultanis seu principibus Ottomannis nomen haber, sicut Cecchini, dicuntur ducati, quod Duce Republicæ Venetæ, eos ferire soleant. Et Byzantii vel Byzantini tempore Græcorum ab vrbe Byzantio denominabantur, & eiudē fere cum prioribus erant pretii. Scriptores nonnulli diuerse de hac computatione scripsere, precium namque sui temporis considerabant. Asper constabat 8. tantum manguris. Drachma 4. aspri, 9. aspri thalerum efficiebant, Cecchinus vel Sultaninus valebat 54. aspis. Nunc monetarum ratio omnis mutata est. Thalerum efficiunt 70. vel 80. aspri, Cecchini vero 110. 120. 125. aspri, quod propter varia tributa Constantinopoli & passim propter bellum Persicum imperata & imposita, factum est. Eius monetæ, quæ quondam in Imperio Ottomanno currebat, vñus nunc est prohibitus propter varias imagines, quibus signata erat, à quibus Mahumetana religio penitus abhorret. Veritor tamen eius rei causa potest allegari, quod videlicet ex ea moneta, quæ purissimo constat argento, si rursus cudatur, multum lucri; & thesaurus Imperatoris, & thesaurarii ipsi percipere possunt. Sed ab eo zelo & superstitione nunc paululum remiserunt, eam pro legitima habentes, quæ materia constat perfectissima. Hęc eo à me animo scripta sunt, vt de stipendio, quo Imperatores Turcici suis militibus satisfacere solēt, certi quid constet. De reliquis monetis Ægyptiaca videli-

videlicet, Arabica, Syriaca & Persica, quarum per vniuersum regnum Turcicum frequens vñus est, videatur liber, ea de re non ita pridem scriptus, cuius lectio tamen à Magistratu interdicta est, quod nonnulla minus pia contineat, quo nisi laboraret vitio, cognitione omnium dignissimus esset, propter plurima secreta rerum Turcicarum quæ in eo continentur. Ianizari igitur pro optimis habentur militibus, qui in regno Turcico reperiuntur, quorum opera & ministeria cum iis conueniunt, quos milites prætorianos olim vocabant, & vt Mammalucci corpus sui principis circumstipant, vel virtutenes isti strenuissimi Persarum quos Ianitores vocabant (quorum mentionem facit is, qui sub nomine Aristotelis librum de mundo compostus) Regem vel Imperatorem semper comituntur, & custodiunt. Putarunt nonnulli eos à ianua nomen ferre, alludentes ad nomen portæ, quæ est regia Imperatoris, verum, qui opinioni huic innitantur, errant. Nam Turcis porta capi dicitur, non ianua. Unde is qui supremam regiæ curam habet Capizi Bassa vocatur. Vox autem Ianizari à Turcico vocabulo Ieignizeri deriuata, nouam militiam significat. Noua dicitur nō propterea, quod recenter in vsu esse cœperit, siquidem ab Osmano Gasi (quem alii Ottomannum vocant) instituta, ab Amurathe primo ex consilio Cara Rustem, quem Turcæ vt sanctum colebant, renouata & aucta fuit: Sed quod Ianizari fere omnes Christianorum filii sunt, qui parentibus in iuuentute à ministris quibus illud commissum est negotiū, quinto vel septimo quoquis anno, interdum etiam saepius tributi nomine eripiuntur, cum octauum vel decimum, etiam cum vigesimum

atatis implerunt annum. Postea in partes Anatoliae diuersas distribuuntur, vt in lege Mahumetana instituantur, consuetudines & linguam Turcicam adiscant, laboribus, & exercitii astrumnis assuecant, vocantur que Agiamoglanii, vt supra quoque ostendimus, vbi statim, quæ tractandis armis conuenit, attigerunt, & exercitiis bellicis assuefacti sunt, ad portam remittuntur, vt in numerum Ianizarorum asscribantur. Qui militiae minus aperte sunt, ad naues & tritemes relegantur, vt rei maritimæ studeant. Qui bonitate indolis & ingenii præstatai alios superant, illi in Seraliis, quæ sunt Adrianopoli, Constantiopolis & Peræ includuntur. Inde pedetentim ad ministeria aulæ, & cubiculi Imperatoris adhibetur, certos suos præfectos habent, quibus obediens coguntur. His stipendum, vel asprofū in dies singulos soluitur. Tantundem vero habent nonnulli ex Agiamoglanis, qui diuerso à Ianizaris habitu vestiuntur. Illis duæ vestes annuæ dantur, tormenta dexterime tractant, & vere tormentarii, seu pyrobolarii custodia Imperatoris dici possunt, honoris acquirendi causa obstinatissime certare & pugnare solent. Agiamoglanii vero vnicum vestitam annuatim accipiunt. Ianizarorum quidam ad limites Imperii in præsidii habentur. Pauci ad mare habitant, & militiae nauticæ addicti sunt. Eorum pars maxima aulam & Imperatorem sequuntur, & plerunque Constantinopoli morantur, vbi fere omnes creari solent. Nam qui Damasci, Cairi, vel alibi creatur, vbi Constantinopolim peruenient, & ibidem in eo officio non confirmantur, reticulum illud quod Zercula vocant, gestare non audent. Cum ultimam in expeditionem sub ipsorum

rum Aga profecti sunt, preter morem, ordinem potius militiæ turbarunt, quam vt strenue suo functi sint officio. Non enim libenter obediunt primario duci, quem Serdar voce Persica vel Serdsker lingua Arabica nominant. Tum etiam quod nostra memoria à disciplina & præceptis maiorum vt plurimum declinarunt, neque in bello ea animi præsentia & fidelitate seruiunt, qua quondam solebant eorum prædecessores. Præfectus Ianizarum Aga vocatur, qui primus est Agalariorum, qui sunt equites præcipui, qui nunquam à latere Imperatoris discedunt, ab Aga, id est, baculo sic dicti, qui potestatis, qua pollent, signum est, Chilarchas, Tribunos & Druncarios seu Truncarios imitantes, qui olim quoque eiusmodi baculos vel truncos ferre solebant. Ianizarorum maxima insolentia est, non modo erga priuatos, qui eos vehementer timent, sed etiā erga ipsummet Imperatorem. Sciunt enim robur omne Imperii & potentia Ottomannicæ ipsorum in manibus versari: Raro etiam vel leuiter propter delicta castigantur, vnde quanta sit ipsorum potentia, quoque in loco passim ab hominibus habeantur, persenserunt. Imperatori sepius indignissime minati sunt abrogationem Imperii, & filii in patris regnum substitutionem. Ab eodem interdum extorserunt furore quodam barbaro, & importunitate maxima res omnium iniquissimas: cuius rei vt exempla vetustiora si- leam, Amurathem proxime defunctū coegerunt, vel viuos vel mortuos sibi dedere Dephterda-ros & Mehemetum Bassam Armenium, quem vnicē diligebat, accusantes eos, quod falsam ab i-phis monetam accepissent in solutione stipendi.

Dephterdari enim thesaurarii seu quæstorès sunt tres, quorum vñus summus est, & præsidet ærario, reliqui eius Collegæ fiscum curant. Superbia & insolentia causa quoque non minima extitit, numerus eorum panicis ab hinc annis valde auctus, idque culpa ministrorum, qui ad hoc constituti sunt, vt quos officio illo dignos æstiment, à reliquis Agiamoglanis secesserant, qui non optimum quemuis, & ad militiam aptissimum, vt quondam fieri solebat, sed quos modo nancisci potuerunt, militum inopia coacti, elegerunt, etiam Turcas naturales, & lanizorum filios: verum vt id faciant, pecunia corrumpendi sunt. Quod vberime, præteritis annis maxime, contigit, vbi corporis solius dispositio nem, & annorum modo numerum in exercitus collectione respexerunt, quo subito magnas conscribere copias potuerint, inter veteranos assumptis iis qui militari disciplina omnino non erant imbuti.

XXI. Spahipedites.

SPAHI quidam pedites sunt, qui Eubœæ Lagerdæmone (hodie Misithra) & aliis locis maritimis commorantur, reique maritimæ student, & Archithalasso parent, præcipuoque vsui in tritemibus solent esse.

** XXII. De iis qui Asappi, Besli & Husaroni dicuntur.*

PRÆSIDIARII insuper pedites sub nomine Asappi & Besli comprehenduntur, qui

falso

falso à Græco quodam autore Hussaris Hungarî comparantur, cum illi pedites sint stipendiarii, hi vero equites.

XXIII. De iis qui Culcardasi vocantur.

TANDEM cum Amurathes postremus re ipsa expertus eset, tantam sibi non esse militum copiam, quam quondam habuere ipsius maiores, propter certas quædam rationes, de quibus infra à nobis demonstrabitur, nouam instituit militiam tam peditum, quam equitum, Rusticorum videlicet, Turcarum, quibus ampla priuilegia, & honores plurimos decrevit, proprio ipsis indito nomine, Culcardasiorum : quod seruorū siue mancipiorum fratres significat. Quæ adpellatio cum solis tribuitur Christianis in Mahumetanam superstitionem adscriptis ac degenerantibus, tum apud Turcas omnium est honorificentissima.

XXIV. Milites Africani.

IN Africa Turcæ Equitatum fere nullum aut sine perexiguum habent. Præsidarii pedites Algerium, Tunetum, Triapolim, Gulettam, atque alia loca, quæ in ea regione possident, metu Hispanorum letio custodiunt. Hispani enim propugnacula & arces munitissimas iis in locis habent, quæ ne ipsis eripiantur, diligentissime, & firmissimis præsidii munire solent. Atque hæ sunt Turcarum copiae militares equitum & peditum, quibus Imperator in omni bello tanquam mancipiis vti potest, de quibus pauca quædam considerare conuenit.

XXV. Observations quadam authoris de exercitu Turcico.

NO T A N D V M igitur exercitum Turcicum, quem modo descripsimus, & qui primo intuitu immensus appareat, fama potius & opinione hominum, quam teuera tam magnum & validum esse. Militum enim perspectæ fortitudinis & experientia maxima est raritas, qui mediocriter in rebus bellicis sunt versati, non magno constant numero. Qui vero ad res gerendas plane sunt inutiles, & quorum nulla habenda est ratio, ut sunt serui, calones, lixæ, & his similes, horum ingens est copia. Constat etiam, equites Turcicos, in quibus robur atque opes illius Imperii potissimum consistunt, non ea animi alacritate, & promptitudine in bellum profici, neque ea patientia & tolerantia labores & incommoda sufferre posse, ut quondam maxima cum laude solebant. Bellis enim in Persia gestis attenuati valde sunt. In primis vero Vngaricis hac temestate, vbi hordei & rerum omnium ad sustentationem hominum æque atque equorum & Camelorum necessariarū indigentia, & caritas maxima fuit. Denique & illud obseruandum est, Spahos qui primarii sunt Turcarum equites, difficilime hoc tempore equos bellatores, ne oblato quidem precionancisci posse, non modo propter equorum, & rerum omnium caritatem maximam, vt modo diximus, verum etiam, quod equi ut plurimum in bellis periere, & rarissime inueniantur, qui ad bellum vsrum valcent: tum etiam quod Spahi, quibus alii reditus non sunt, nisi quod ex timaris percipiunt, amissis prioribus equis, destituantur fere rationibus, qui-

bus alios comparare sibi possint. Alii in ocio viuere desides consueti, pecuniam fœnore accipiunt, quam timata potius emunt, quam equos, vel apud alios pecuniam occupant, à quibus postea cedendo bonis, ea defraudantur. Etsi vero præteritis annis, equitatum habuerint copiosissimum, diuersa tamen eius rei cauſa fuit. Turce enim nunc multo molliores & effeminati è Persarum delitiis, quæ eosdem fere in ipsis, quos luxuria in Romanis quondam & Græcis effectus habuerunt, redditi, plurima impedimenta, quæ ad commoditates lectorum & rerum ad vietum pertinentium conducunt, secum trahere solent, ut multis ad eam rem equis utinæsse sit. Neque quisquam est equitum, licet rusticus sit, vel alias paupertate prematur, qui non plures uno secum in bellum ducat equum: qui tamen strigosissime habiti, & ad militiam plane inutiles sunt, quod euentus pugnae ad Agriam commissæ, declarauit. Cum diminutionis exercitus Ottomannici variæ à variis cauſa afferantur: non puto me abs refactum, si eain re meum quoque interposuero iudicium.

XXVI. Causa diminutionis Imperii Ottomannici.

De Cadileskieris & Cadis.

Cur Gracia non tam bene habitata & culta sit, ut olim.

Cur Turcarum regiones frequentia incolarum careant.

EXTR A controuersiam est, Ottomanicum Imperium ea militum copia carere, quam quondam in bellum post se trahere Imperatores solebant;

huius defectus causæ sunt plurimæ, quas singulatim discutiemus. 1. Cum Turcarum potentia nunc valde aucta & amplificata sit, ii qui quondam propter angustiam regionis, quam tum incolebant, locustarium instar, in bellum Tartatorum more, effundebantur, nunc maiores commoditates, delitias & regiones multo fertiores nacti sunt. Inde fit, ut non nisi coacte & ægerrime propria relinquant, & ad incerta acquirenda in bellum proficiscantur. 2. Ipsæ Turcarum regiones & ditiones tam vagæ & spaciose sunt, ut difficulter milites contrahi, & ad bellum congregari propter locorum distatias possint. Neque regiones omnes propter vastitatem incolis frequentare possunt, cum Turcarum Imperatores, Provincia aliqua armis subiecta, incolas & habitatores eius, vel extirpare penitus, vel alio transferre consueuerint. 3. His causis etiam hæc addi potest, quod Imperio Turcico valde dilatato, & quam plurimis nobilissimis regnis, & vrbibus illi additis, Turcae commoditates maiores nacti sunt mercatura exercenda, quam quondam fere negligere, & contemnere solebant. Hæc quam plurimos ita velut oppigneratos tenet, ut statuere ipsi secum non possint, quo eam rationem vitæ deserant. Quapropter sponte sua nunquam, sed coacti tantum militæ nomina dare solent. Maiori enim cum periculo, & incertitudine rerum suarum ad eas opes & diuitias Martis alea pertingere queunt, quas per mercaturam facile possunt acquirere. 4. Turcarum exercitus fere totus ex mancipiis, que fidem Christiani eiurarunt, constat. Persas enim & Tartaros mancipiorum numero Turcae non solent adscribere, ne bellicas functiones ac dignitates, in quibus

præci-

præcipua autoritas & diuitiae consistunt cum illis partiti cogantur. Quæ dignitates profecto tantæ sunt, & tam expetendæ, ut sola hæc ratio opponatur ingenti illi periculo, quod imminentे Turcico Imperio videtur ex tanta huiusmodi alienigenarum mancipiorum multitudine atque potentia. Illi qui Asiam incolunt, quibus quondam omnes belli functiones concredi solebant, nunc Turcae nativi sunt, quorum plane nulla habetur ratio: astimantur timidi, nulloque in precio sunt, nec minus effeminati & molles censentur, quam quoadam antiquis Asia populi habiti sunt. Kadileskierorum & Cadorum honores illis solummodo attribuuntur, paucis exceptis, quos militiae, qui Sangiachis atque Bassis inferiure solent. Sed & hi tamen plerique mancipia Europæ sunt, in Asiam ad certa munia obeunda missa. Kadileskieri ab Arabibus Kasaskeri dicti, Iudices sunt in regno Turcico supremi & ordinarii, qui in rebus civilibus & criminalibus ius dicunt, suntque duo: quorum alter Anatolia præsident, alter Romania. Illi, qui Cairomoratur, non recte à quibusdam nomen illud attribuitur, cum rectius Cadus magnus dici mereatur, fuitque à Selimo institutus, cum Armeniæ, Ægypti, Syriae & Arabiae partem sibi subiecisset. Hūc militum defectum nonnulli adiminutionem incolarum & habitatorum in prouinciis Turcicis referunt infrequentiam. Nam Ægæi maris Insulas & Macedoniam, & Græcia prouincias, ut plurimum cultoribus spoliatas vident, quæ tamen regiones omnium præstantissimæ sunt, quas Turca posidet. Sed his respondere possumus, ab eo vsque tēpore, quo Græca Republica flos atque vigor ex-

tinctus est, multitudinem incolarum imminutam, nec vñquam postea ad eam copiam, qua prius pollebat, peruenisse. Paulus Aemilius in Epiro vna die septuaginta tam vrbes, quam oppida destruxit: in mari vicino plurimæ sunt Insulae, quæ propter sterilitatem incultæ relinquuntur. Sed & bella ciuilia à Romanis gesta ipsa Græcorum Impp. inertia atque desidia infesta Saracenorum, Latinorum & Turcarum arma variis temporibus Græciae illata, crebræ pyratarū excusione, nunquam quiescere, & à dannis respirare insulas illas & regiones florētissimas suere. Negati tamen non potest, multa millaria in Turcia itinere faciendo peragrari, vbi nemo mortalium peregrinantibus obuiam fiat; vel ædes, vbi diuerti possint, appareant. Quoniam incolæ oppidis & pagis, qui plerunque ad vias regias & tritas ædificati sunt, relictis, loca remotiora & deserta, magisque munita petunt, ut tutus ipsis pateat receptus contra direptiones, & deprædationes militum, qui suo ex arbitrio quosuis viuere cogunt, vel cædibus & rapinis omnia miscent, eos ipsis instigante contra vteræ militæ leges propria malitia. Quod vtinam, ne s̄apius à Christianis nostris quoq; cum iactura rerum maximarum, & periculis maximis experiri cogeremur, quemadmodum fusiſs à me in libello de militia Christiana demonstratum fuit. Hæ sunt, meo quidem iudicio, & causæ & rationes minus dubiæ, ob quas imminuti, & ad exiguum numerum redacti exercitus Turcici videntur, itemque cur maiori ex parte iis constent militibus, quos extrema inopia vel libido per iniuriam alterius ditescendi, aut desperatio rerum suarum in bellum ire compellit. Quod eo frequentius euenire

euenire solet, quoniam ipsimet Spahi domi desidentes, vbi ad sumenda arma compelluntur & ciantur seruos suos, inutilia terræ pondera, in militem mittunt, qui vt & alii plerique diutius castra non sequuntur, quam vbi aliquam adhuc præda spem superesse norunt, qua deficiente, continuo domum repetere solent. Quod Sinan Basla, anno præterito in Walachia expertus est, vbi plerique ex militibus leuiter & pessime vestiti, alii indusis solum teciti, nec contra rigorem satis muniti, ne frigore & fame perirēt, ab initio statim, ybi præda nihil amplius superesse cognouissent, ipsum defuerunt. Cum vero Alba Græca discedens Constantinopolim versus iter teneret, omnes fere ipsum comitari voluerunt, & difficulter à ducibus in præsiis retenti sunt. Dixi de militibus propriis, nunc de auxiliariis nobis dicendum erit. Omnia igitur quos Turca in auxilium euocare solet, primi copiosissimi & fere vnici sunt Tartari: Quorum noticiam perfectam cum non omnes habeant, ego eam ea fide tradam, quo & superiora à me proposita sunt, & quæ adhuc dicenda restant, proponentur. Quia in resolummodo hominum fide dignissimorum, & qui diu inter ipsis versati sunt, sequar iudicium & relationem, omnibus fabulis, quas non nulli de illis finxere, sepositis. Adiiciam quoque de Circassiis, qui ab ipsis aliquo modo dependent, de Curdis, Drusis & Arabibus nonnulla scitu dignissima.

XXVII. De Tartaris, Grimeis, cur sic appellantur

& cur dicantur Precopii.

De vocabulo Han, Zar, Kiokai, Kzerci.

*Cur Mosconita sibi à Tartaris metu-
at, & quenam Tartarorum gens i-
psi pareat.
De Sarmatis.*

TARTARI vel Tattari inde dicti putantur, quod reliquiae eorum Israelitarum, qui ultra Mediam, quæ tunc inculta iacebat, transportati fuerunt, quod vox Tartari in lingua Syriaea appri- me denotare videtur. Gens autem populoſiſſima est & varia. Nos de iis tantum loquemur, quos ad rem & propositum nostrum facere censemus. Hir- gen habent, cui parent, qui in Taurica Chersoneso moratur, eorumque alii in Europa, alii intra Asiatas fines, & Maeotideum paludem (Italis hodie, mar delle Zabacche) Tanaim & Volgai (qua ipsi Rha dicitur) habitant, Mengrelii, & Circassii vicini, qui omnes Nagaienses vocantur. Alii vero, qui par- tem ulteriorem Volgæ intra Moscouianam, mare Caspium (nunc mar di Baccu dictum) & Georgianas incolunt, partim Moscouia ducis subiecti sunt par- tim sua fruuntur libertate. Nonnulli Turcico pa- rent Imperio, vbi Demir capi est, quondam portæ Caspia dictæ. Tartarorum autem rex, cuius non ita pridem mentionem fecimus, Tartarus Cremii, quæ est Metropolis Imperii appellatur: quamquam alias ut plurimum in eo Taurica Chersonesi loco, quillis Iagnibazca, Polonis autem & Russis Petro- copskä dicitur, residet. Cremum, vel Crimæum vrbs extra Chersonesum sita est, ad eam fossam, qua quondam cum Isthmum perfodere, & Tauricam in Insulae formam redigere cogitabant, excaua- runt: vnde Poloni & Russi eos Præcipitas, à Pro- cop,

cop, quod fossionem significat, denominare solent, secus quam alii statuunt, qui à rege quodam Procobio sic vocatos esse putant. Errant tamen qui eam fossam recenter factam esse afferunt, quod ex Herodoto liquet, qui Cremni Emporii in sua Melpomene meminit. Regum Tartarorum titu- lus est Han, quod herum seu dominum denotat, minus recte à quibusdam Chan scribitur, nisi Italorum & Germanorum in aliquibus vocabulis pro- nuntiationem asperiorem sequi velint: Poloni- um Zar seu Cæfarem vocant: Eius familia Kirei dicitur, vnde nota sunt nomina Principum, qui non ita pridem adhuc viuebant, videlicet Mehe- met Kirei Han. Rex qui nunc rebus præst, Alip vocatur. Ea pars Chersonesi, quam mare nigrum usque ad Bosphorum Cimmerium, & introitum Maeotidis alluit, Turce subiecta est, quæ vero Maeo- tidem attingit & in meditullio sita est, ad Tartaroru- Han spectat, licet multi Christiani, Græcos ritus obseruantes, ibi quoque habitent. Hos, quos mo- do recensui Tartaros, pessime timet Moscouitarum Dux, propter subitas eorum, & improuisas excursiones & deprædationes, quibus obvia quævis de- uastare, incolas captiuos abducere, & Turcis aliis- ve vendere solent. Anno 1570. ipsam vrbum Mo- scouiam combusserunt. In maiori vero metu & periculo versaretur, si quando ipsi ex ditione sua a- lio discedendum esset. Eos vero qui ad Asiatas oram sunt, impedire potest, ne Christianis damnum in- ferant, impediendo eos, ne Volgam transfeant, quare saepius iam factum est, ut numero pauciores in bellum Vngaricum profecti sint, quam communi- nis de ipsis rumor & fama fuerit. Qui Mosco-

uitæ obedient, Cæsari Asdrahan, & Citrahan vocantur, hi nihil ad propositum nostrū faciunt. Illis, quos dixi in Europa intus & extra Tauricam & Mæotidem, & ad Euxinum Pontum habitare, Moscouita sine Polonorum auxilio resistere non potest. Coguntur enim necessario horum ditionem attingere, siiter ad urbem Smolenscho, vel aliud ad Tanaim, vel Mæotidem ducens, tenere volunt, quæ asperrima, longinqua, & propter fluuios & paludes difficilima sunt. Hi ipsi quondam Sarmatae Europæ & Asiatici ab antiquis dicebantur, qui tamen Scythiam cum Sarmatia ut plurimum confundente solebant.

XXVIII. Quibus armis instruti Tartari in bellum profiscuntur.

TARTARORVM arma sunt, machæra & arcus. Sagittarum lignearum copia cum destituantur, eas ex calamis, quibus abundant, conficerre solent: acutissimæ sunt, quibus hosti nocere tum propellendo, & iniadendo, tum etiam à tergo ejaculando, & fugam simulando optime norunt. Illorum belligrandi ratio latronum incursionibus, quam veræ & legitimæ militiae similior, omnes eius vehuntur, qui exigui & parui sunt, soleis carentes. In harum vicem clavum aduncum vni ipsorum pedi infigunt, vbi glacies, quæ istic in regionibus frequens, superanda est: animosi sunt, laboribus assueti, & perferendis incommodis maxime idonei.

XXIX. Tartarorum anticitiam cur Turce & alii Prin-

Principes vicini expetant & are comparent.

Solymanni indicium de Tartaris.

IN bello Turcæ Tartarorum ope vti consuevere, quod eandem cum ipsis habent originem, & eiusdem superstitionis Mahumetanæ sunt alleclæ. Verum alia causa subest, his grauior, ne scilicet contra Turcas societatem cum ipsis hostibus intentant, quo nomine ipsos valde metuunt. Siquidem facilime Constantinopolim vsque cum comitatu immenso excurrere possunt, priusquam fama ea deret ad Turcas peruenire, vel ipsi contra eorum impetum iustos defensionis apparatus facere possint. Idein Solymannum Imperatorem veritum esse, ex eo constat, quod ipsem in concilio quodam de iis principibus, qui damno aliquo Imperium Ottomanicum afficere possint, habito, id fassus esse dicatur. Hinc omnibus officiosis studiis & beneficiis eos sibi demereri & conciliare student, cognatione sibi coiungunt (Solymanni enim mater Tartara fuit natione, Mehemetis Kirei filia) contributiones multaque ipsis dona conferunt. Vnde belli tempore Turcis satis caro constat Tartarorum militia, quibus tantundem donare coguntur, quo & ipsis eorumq; coniugibus, & liberis quos domi relinquent, satisfieri queat. Verum vt maiori cum securitate ipsis fidere possint, præter beneficia, quibus sibi eos obstringunt etiam nolentes sibi obedire cogunt. Tempore enim Solymanni eo adacti sunt Tartari sub Seda Kiero ipsorum Principe, vt aliquo modo Imperium Turicum reuereri & recognoscere cogantur. His ipsis Tartaris etiam Mochorum Princeps & Polonus, vt ab ipsis

excursionibus & deprædationibus, quas tempore moelis facere consueuerunt, securi atque immunes sunt, dona quadam mittere solent. Moldauia Princps, licet Turcæ tributum pendat, insuper tamen Tartarorum dominium aliquo modo respicere & venerari cogitur. Tanti igitur Tartarorum amicitia à Principibus vicinis fieri solet, quanti Helvetiorum confœderationes & societas à Principibus illis finitimus merito fieri, videmus. Sed cum variis itineribus expeditiones suas posteriores in Vngariam suscepint, & in posterum suscepturi fortasse sint, non absurdum, neque inutile futurum puto, si vias præciapas, quæ illos ex patria in Vngariam ducant, ostendero, vt Christiani proceres eos tanto facilius vel impeditire, vel ad minimum remorram quandam ac frænum ipsorum furori & repentinis incursionibus iniicere queant.

XXX. Itinera per quæ Tartari in Vngariam proficiuntur, videlicet per Russiam, Podoliam, Premisliam, Sambar & Seuerinum,

NE Tartari Turcico sese exercitui coniungant, ditiones Polonicas necessario attingere coguntur, quæ vel habitatæ & cultæ sunt, vel deserteræ. Inter habitatas refero Russiam, & Podoliam, quæ ipsis ad latus dextrum sitæ sunt, subita quadam irruptione infra Premislia valles illas attingere possunt, quæ recta eos in Vngariam superiorē ducant. Sed hac via facilime Poloni, Transylviani & exercitus Imperatoris nostri, illis, quo minus susceptum iter perficiant, resistere possunt. Possunt etiam Sambar vrbem petere, vel Transyluaniam propius attingere,

tingere, verum hæc via omnium est difficilima. Per regiones desertas duæ ipsis patent viæ: una quæ à mari est remota, altera quæ vicina. Si priorem teneant, fluminis Nestri cursum sequuntur in Moldauiam usque, inde per medium Walachiam proficientes, ad Seuerinum quod ita à nostris ob memoriā Imperatoris Seueri nominatur, perueniunt. Verum eo itinere Poloni pariter & Moldaui cum Valachis eos impedire possunt. Priusquam Seuerinum cum ditione finitima infestum sibi atque alienum haberent, iter multo breuius secundo Danubii fluuiio incedentes confidere poterant, verum quia Transyluanus iam & loco illi & regioni adiunctæ dominatur, vbi illius fluuii cursum sequi vellent, armis viam sibi aperire cogerentur, id quod & quæ ipsis foret difficile, quam si terra proficierentur. Vbi posterius iter, quod ad mare proprius est sequi volunt, ad fluuium Nestrum (Tyram quondam vocatum) se conferant, quem prope Achermanū traiciunt, quæ Polonis Bialograd, Moldauis Cittat alba, Vngaris vero Nester Alba dicitur. Estque Sangiachatus Turcicus ad fluuium Nestrum (errant igitur, qui ad Istrum seu Danubiū eum collocat) situs, non procul distans à Sangiachato Benderi, quem Moldaui & Poloni Tegina vocant, vrbs est in Moldauia sita, quam Aaron eius regionis Princeps Turcis concessit, quo se à rebellionis crimen, quod contra Turcas in bello admiserat, quod etiamnum viget, purgaret. Per hosce duos Sangiachatus Tartari bifariam Vngariam attingere possunt. Aut enim Pruto & fluuiis trajectis in Walachiam irruunt, aut iis fluuiis relictis in Bulgaria Turcæ prouinciam, copias ultra Danubium tradu-

cunt. Hæc posterior via licet omnium maxime secura & commoda sit , difficultatibus tamen non caret , siquidem ipsimet Turcæ nunquam non grauate Tartaris per suas ditiones (quas ne deuastent & deprædentur metuunt) transitum permittunt. Prima vice qua in expeditionem in Vngariam profecti sunt iter Premisliam versus instituerunt : in reditu Seuerini cœnobium petierunt , sed cum à Valachis & Transylvanis damna sèpius maxima in transitu accepissent , vt tanto comodius & facilius domum repetrere possent , vltimam viam , quam dixi per Bulgariam esse , ingressi sunt.

XXXI. De Tartaris Gibelis.

De muro , quem Imperatores Graci ad litus Ponti Euxini construxerunt.

Cur Turcæ opera Tartarorum , Gibeliorum & aliorum , qui in Sangiachatu Achermannii , & Benderæ , morantur , utisoleant.

Via , per quam Tartari Europei in Persiam proficiisci soleant.

PRÆTER eos , quos modo enumerauimus , Tartarorum populos , alii quoque eiusdem nationis reperiuntur , qui Gibili vocantur , quorum ad plurimum sunt 2000. machera , arcu , galea , & lorica in bello vuntur , vnde Gibili , id est , armati dicuntur . In Dobruclia prouincia ultra Danubium sita habitant ad ruinas muri , quæ in Sogdiana regione ab vrbe Silistria Constantiam usque , quæ est ad Pontum Euxinum pertingunt . Hic murus ab Imperatoribus

toribus Græcis quondam ædificatus dicitur . Hosce Tartaros Turcæ sèpissime in bellum vocant , vt a liis persuadeant , Tartaros Grimæos sibi auxilio venisse . In eundem finem sèpius paticos istos , qui in vltima Moldauia parte , intra Nestruum & Danubium fluuios in Sangiachatu Benderæ , & Achermannii habitant , quorum superius mentionem fecimus , auxilio sibi venire compellunt , vt timorem in nostris , & rumorem de suis viribus augeant . Et hæc quidem haec tenus de Tartaris dicta sunt , de quibus hoc vnicum adiiciam , quod memoria & cōsideratione dignissimum est , videlicet Tartaros Europæos , qui Romanorum tempore in Persiam , per Demir capi (id est , per portas ferreas per quas Alexander Magnus ad Georgianos transit) copias traducere solitos esse , quorum vestigijs nostra memoria Osman Bassa instituit , & eadem via in Persiam tendit . Semper enim eo animi & virium omnes intendit neroos , vt Domitium Corbulonem & Pompeium Magnum , de quibus Tacitus & Dio prolixè scribunt , & alios viros bello claros magnitudine rerum gestarum non modo imitaretur , verum etiam superaret .

XXXII. De Circassis.

*Osman Bassa à Cossacis ceditur.
De Phasi fluui.*

CIRCASSI quondam Zigæ dicti , à Polonia Pientzorschii , id est , incolæ quinque montium , vel quinque montani dicuntur . Horum ditio Cimmerio Bosphoro , Mæotide , & Euxino ponte septa , Caspium mare non attingit , vt falso nonnulli

opinati sunt. Quidam eorum sunt liberi, reliqui Tartaro Grymæo parent: Græcorum ritus, variis superstitionibus mixtos, obseruant, Turcis suam operam pecunia elocant, paupertate coacti: seque inuicem vendunt, & in seruitutem aliis traduntur quod Mengreliis vicini sint, & ipsis quoque Tartaris, quibuscum interdū quod agant, habent: tū etiam propter Turcicū propugnaculū Afaf, quod est in ostio Tanais. Strenui semp & ingeniosi habitu sunt, tempore Sultanorum, qui in Ægypto regnabant, plerique Mamaluchorum ex ea gente originem trahebant, vnde Mamaluchi à Turcis Zercas vocati sunt. In Circassia non ita pridem magna clade à Colaceis (qui hi sunt, suo loco dicetur) affectus est Osman Bassa, cum redux è Persia Constantino-polim contenderet, & transisset Phasin fluuium Mengrelia seu Colchidis, quæ est ad Pontum Euxinum, in Trapezuntis confinibus, qui propter vellus aureum celebris habetur, quem Pompeius fugientem Mithridatem insequens transire præmetu Tartarorum, Circassiorum, & populorum vicinorum non est ausus. Hucusque de Tartaris & Circassis.

XXXIII. De Curdis, vel de Chaldea.

De Drufis & Arabum extorribus.

Num Turicum Imperium merito de his sibi timeat.

SOLET Turca non raro Curdos seu Gurdos ad sibelli societatem euocare: Hi Mahumetani strenuissimi sunt, libertate fruuntur Babyloniae provinciæ, quæ hodie est Bagadat, eam partem incolunt, quæ Curdistan seu Chaldea, Arabibus vero Kel-

Kelden dicitur. Hos maximo damno aliquando Turcico imperio futuros nonnulli arbitrantur, quod periculum eidem à Drufis (qui milites sunt, Libani montis accolæ) & Arabum extorribus imminentere existimant. Sed meo quidem iudicio Imperium hoc potentissimum parum sibi ab illis timere debet. Nam primi regiunculam per exiguum possident, secundi numero paucissimi sunt, tertii latrones sunt nullo ordine in militiam proficentes. Ultimo loco de viribus Imperii Turcici mihi disserendum puto, qua videlicet ratione Imperator Turcicus comeatus, armis & munitionibus exercitui terrestri & classi prospicere possit, cum nemo sit, cui non constet irritos conatus futuros eius, qui instructus maximis copiis, rebus, quibus & homines & pecudes sustinet, & ad bellum instruat, destituatur, & frustra parari classem sine materia & militibus, qui illi imponantur. Ostendendum quoque est, qua ratione illum vel spoliare, vel difficilem apparatum ac copiam rerum earum hosti reddere possumus. Vnde palam fiet, quantum hostis contra nos præstare valeat.

XXXIV. Commeatus & cibaria, que Turca in Asia & Europam parare possunt.

Error veterum de Macedonia & Serbia regionibus.

Quomodo commeatus per Pontum Euxinum in Vngariam deferri possit.

Item per Thessaloniam, Scopiam, & Albam regalem.

Item per Ciabrum seu Moraua Seruie fluuium.

De Cossino seu Osse planicie.

Quomodo Turcis commeatus vel eripi, vel ne in Vngariam cum transferant, impediri possit.

De homagio, quo Sangiachi, Spahi, & Rustici Turcae tenentur commeatus exercitui prospicere.

Depane biscoito qui Belgradi cōficitur.

COMMEATUS cura prima & diligentissima debet esse omnium belli ducum, sine cuius subsidio exercitus diu sustentari atque haberi non potest. Turcis autem frumenti copia non deest, cuius maximum numerum passim in Asia colligere, & variis itineribus in Vngariam comportare possunt. Per Euxinum Pontum ad Danubii ostia tuto id fieri non potest metu Valachorum, qui à Transylvani Império dependent, Constantinopoli usque in Vngariam ut deferatur, via nimis longa & remota est, liberrima vero & facilima per mare patet, quo Thessalonicanam usque (quæ Salonicchi hodie dicitur) transportatur. Inde per Scopiam urbem, Belgradum defertur, indeque planissima patet regio: qua commode quævis de loco in locum transferri possunt, quod minori etiam cum difficultate fieret, nisi carorum & vehicularum copia destituerentur. Europa parum commeatus Turce conferre potest. Moldavia & Walachia hordei & frumenti fecundissimæ prouinciarum, bellum cladibus tam infœcundæ sunt redditæ, ut non modo parum colantur, & arantur, sed & exiguū illud, quod terra producit, militibus in prædam cedit, vel ab equis conculcatur. Walachia & Moldavia Principes tanquam vasallum homagio tenebantur, quantum possent rerum omnium

mnium ad bellum necessariarum Turcico exercitu subministrare, & procurare; sed neuter suo nunc fungitur munere. Ille enim iugum Turicum plane excussum: hic vero vix se suosque alere potest. Per Macedoniam & Seruiam, prouincias fertilissimas, commeatus tuto & facile in Vngariam deferri potest, quod ex regiones planæ ut plurimum, & montes propter saxa & rupes non sint inuiri. Pater & alia via non minus commoda, si videlicet Thessalonica per Ciabri seu Morauæ Daciæ fluuii campos in Seruiam non procul à fertilissima Cassouia planicie transuechatur, quam merularum campos, ab auium istarum copia, quæ ante pugnam, in qua Amurathes primus occisus est, comparuit, scriptores nostri vocare solent. Hinc errorem veterum quorundam videre licet, quibus persuasum erat Macedonię & Seruia montes vehiculis non patere. Sed non erat plane difficile itinera & vias illacemunire, iis tamē exceptis montibus, qui ex Epiro in Macedoniam tendunt per quos vehicula duci non possunt. Ut vero Turcis impedimentum quoddam Christiani inferant, quo iniuvius commeatum in caloca, ubi bellum sedes est, transportare queant, maximas difficultates & incommoda illis obstatura puto, si maritima & que ac terrestria itinera spectes. Pars enim commeatum, quæ ex Asia, atque adeo ex Aegypto trâmittitur, Alexandria Damiatæ atque in aliis portibus in naues imponitur, quibus cum instructissima classe occurrentum, ex quo pugnando superanda & capienda esent: Tum etiam quod Aegaeum mare, quod maxime infestum reddere conueniret, plures canales habet, in quos tutus nauibus receptus datur. Itinera terrestria si species, vnic⁹ eos impedi-

endi modus supereft (nisi forte Turca regiones suas omnipräsidio & militib. nudare velit) vt videlicet Trásyluanus à Valachis adiutus traecto Danubio, intra Bulgariam & Seruiam, quæ quondam Miñe dictæ sunt, castrametetur, sed ad eam rem in stru. etissimo, & ad pugnam paratissimo ipsi opus foret exercitu, cum citra perrecium impedimentum inferre nequiret. Omnes præterea Spahi aliquam cibariorum partem pro se suisque alendis in nullità secum ferre coguntur. Sangiachi farinæ, hordei, & aliarum rerum, quantum maxime, & quam fa- piissime possunt, ad exercitum mittere tenentur. Rustici in pagis, quanta ipsis imperatur, frumenti copiam suppeditare militibus subiguntur. Alba regali maxima copia panis bis cocti ex frumento & hordeo, ordinarie confici solet, qui postea inter milites diuiditur.

XXXV. Cur Turca expeditiones suas anni parte maiore elapsa suscipiant, & exercitum non diu sub signis retineant.

Hoc insuper certissimum est, Turcā priusquam Herba crescat, & messis facta sit, in bellum proficisci Vngaricum non posse, tum quod frumentum & alia, quæ Spahi exercitui præstare coguntur, ante illud tempus nullibi parari queant, tum etiam quod neq; milites, neque pecudes, si his destituantur rebus, diu castra sequi possint, maxime vbi exercitus copiosus sit, quales plerunque Turcarum sunt, qui hominum, equorum, & Camelorum maximo numero constant. Inde quoque visuenter, quod eiusmodi exercitus diu in aliquo loco subsistere, vel coniunctus manere non possit.

XXXVI. De

XXXVI. De Oriza.

Scopia aliquantulum Orizæ (cibus Turcis familiaris) suppeditat. In Alexandria quoq; eius copia haud vulgaris crescit, inde à mercatoribus ad nos defertur.

XXXVII. De carnibus; & Tzorba pulmento.

Tot a regio omni genere carnis abundat, ma- li est, veruecum, & boum in primis, quorum, vtrita dicam, copia innumerabilis reperitur in iis campis atque pasuis. E Moldavia pecudes, mel & butyrum maxima quantitate in castra Turcica defertur, Principe id permittente, propter tributa, quæ ipsi hœc nomine penduntur. Verueces tamen ea copia nunc, qua solebant olim, nancisci non possunt, quod multo plures hodie, quam quondam in Poloniā abigantur, quæ res Turcas pessime habet, cum ea carne in primis delecentur, Bubulam vero tanti non faciunt. Circumferunt quoque secum carnem quondam sale conditam, quæ in puluerem redacta, nutrimentum illis optimum præbet: In primis vbi eam cum pulmento, quod Tzarba vo- cant miscent & condient.

XXXVIII. De aqua, vino, & Tzarbet, quod est po- tuu genus apud Turcas.

Derego Tzrj.

Quomodo Mahometes Pseudopropheta affectus suos in arte militari instruxit
& ad eam idoneos reddidit.

Ad potum quod attinet, nemo est qui dubitet, quin vbiuis locorum, vbi bellum hodie geri-

tur, aquarum sint fontes perennes & fluuii. Nec Turcishic potus vel rarus, vel inusitatus est, quod ex lege Mahumetana eam bibere teneantur. Carthaginenses quoque eo potu olim vtebantur vt etiam nunc vti religionis causa feruntur incolæ Tarsi regni, quod est in Asia ad Cathaiæ confinia sita, cuius etiam literæ sacræ propter magos, qui inde ad adorandum Christum Bethlehemū profecti sunt, mentionem faciunt. Quantum iste aquæ potus Turcis conducatur, illi aestimare possunt, qui aliquādiu Germanos frequentarunt; licet olim & hi aqua contenti vixerent: & si, quod res est fateri lubet: Mahumetes ille Turcarum Legislator asseclis suis, vt à vini potu abstinerent, non aliam ob caussam tanquam edixit, quam quod armis suarum legum observationem fancire cupiens, sobrietatem illis præcepit, quo ad bellum munia obeunda semper parati præptique essent, Ducibus parerent, & ad Martis aleam subeundam intrepidi impavidique adgrederentur. Legem quoque tulit, vt crebriori lotione vtantur, vt videlicet mundi ipsi, munde in exercitu omnia tractentur, ne morbis, quos immundicies & spurcicies generare solent, milites corripiantur, sed potius ad perforandas omnis aeris & cœli tempestates, & incommoditates apti & idonei reddantur. Potum insuper Turcæ, quem Tzerbet vocant, ex vuis passis, & aqua conficiunt, admixto citrei succo, & musco, quæ omnia gustum suauissimum efficiunt, tentare etiam caput solent, vti vinum. Quod si bibere Turcæ aliqui interdum cupiant, Ianizari in primis, qui eo mirifice delectantur, magna eis copia est in Hungaria præcipueque in superiori, vbi vinum Toccaium nobilissimum habetur.

XXXIX. Ma-

*XXXIX. Materia sue ligna.
De Bazca & Strema prouinciis.*

IGENIS Turcæ non posunt destitui, quorum usus in exercitu, vt Cyrus rex Persarum dicere solebat, æque atque aliatum rerum necessarius est. Etsi vero in quibusdā Seruia locis, ea quæ toti exercitu sufficiat, ligni copia non reperiatur, hunc tamen defectum supplent reliqua loca, per quæ iter faciunt Constantinopoli Belgradum, atque inde cis Danubium Vesprinum vique. In primis vero ligno abundant Bazca & Strema Prouinciæ, in hac vrbs Sirmium, quæ propter concilium, quod ibi celebratum fuit, celebris est. Ambæ Danubio Drauno & Sauo fluuiis cinctæ, quibus furor belli (quod exercitus Turcicus semel tantum sub Sinano Basfa illuc transit) cum pepercisset omnibus rebus necessariis plus quam aliæ Vngariae Prouinciæ abundant. Postquam ea quæ ad hominum & animalium sustentationem pertinent, discussimus: nunc considerandum est, quo armorum genere Turcæ vtantur, & quomodo bellicas munitiones tam ad defensionem, quam offensionem nancisci possint.

*XL. Arma offensiva & defensiva Turcarum.
De Busdogan, machara & aliis armis.*

SPAHI Europæi, vt eminus hostem lèdant, lancea pura & pomo ferreo vtuntur. Vt cominus feriant, clavum ferreum, quem Pusdogan vocant, & macharam gestant. Hoc armorum genus Persis quondam in vsu fuisse Xenophon scribit, Turcæ illud Cedare, Arabes Septe, Germani Säbel, à

voce Vngarica & Sclauonica Sabla nominant. Alii etiam secures & sicas ferunt, alii peltas & scuta, reliqua corporis membra armis non cooperiunt, tormentorum ysum non habent, multi sagittas & tela tantum in hostem tendunt. Qui in Croatia & Vngariae finibus militabant, pleriq; thoracibus ferreis, & lorica induit fuerant. Sed hi fere omnes in militia periere. Qui his successerunt, nondum huic armorum generi assuefacti sunt. Ianizari omnes & nonnulli Asappi tormenta tractant, sed non ea dextitatem, qua nostri solent. Acanzii, Spahoglanii, Chiaussii (qui Turcarum legati sunt) aliquie equites aulae Turcicæ, arcu & sagittis, alii lanceis Asiaticis pugnant. Pedites fere omnes galeas non gestant, sed machætis & gladiis Græcorum more ac cinguntur. Equites Asiaticis arissis quoque vntuntur, alii sagittarios agit, ephippia exigua habent, de quibus facile deturbari possunt.

*XLI. De Giebegis, Topigis, Armenis, & quarehi
Bocgi vocentur.*

De Voinici & Sachor.

IN exercitu Turcico diuersi ministri & officia-
tri, qui varia obeunt munia, Giebegi sunt, qui arma componunt ac tergunt. Topigi vocantur machinarum, & tormentorum magistri, è quibus non nullis stipendia soluuntur, alii sine stipendiis aliunde multa cotradunt. Armeni fossores & munitores ut plurimum sunt, & apud Turcas ea præstant, quæ caminorum purgatorib. apud nos committuntur, vnde per ludibriū Bocgi vocantur. Exercitum quoque sequuntur multi Voinici, quod lingua Sclauonica bellicosum significat, quod in bello quondam stre-

strenuam operam nauarint. Hirustici sunt in Serbia, & Bulgaria habitantes, & Græco more viuentes, quos suis labores subeunt. Sunt & alii pariter, qui sponte sua in exercitu viunt, quos Sarchor nominant, fossores agit, & vilissima & abiectissima quæque perficiunt. Ordo requireret, vt integrum nunc de militari disciplina Turcarum tractatum subiicerem, sed de eo multi alii doctissime scripserunt, ad quos lectors remitto. Pauca tamen quædam hic inseram non nota omnibus, ne lectorem hinc ieiunium dimittam, cui in aliis me satisfecisse spero.

XLII. Turcarum disciplina militaris.

*Quanam in milite Christiano requiran-
tur.*

Victoria Christianorum contra infidèles.

*Defectus quibus laborant exercitus Tur-
cici.*

De Scanderbego.

Robur & vires Turcarum.

*Quaratione tormenta, pilas & puluerem
nanciscantur.*

TURCICVM milites à nostris, qui quidem exercitati sint, superari certissimum est. Nostros autem voco, non Italos modo, sed & Hispanos, Gallos, Hungaros, Germanos, atq; aliarum nationum homines, qui sub nostris signis militant. Exercitatos vero intelligo non tam eos, qui artem tractandorum armorum probe & longa experientia didicerunt, quam qui sub Christi militia mercere probe assuefacti sunt, vt videlicet eorum fortitudinem animi sinceritas, & vita inculpatæ probitas comitem, quo eo securius belli periculis se se obiicere, &

victoria sub nostorum Principum auspiciis potiri
valeant, licet militum numero hosti longe cedant.
Nota sunt & clara insignium victoriarum exem-
pla, quas Christiani sub Marco Aurelio, Constan-
tino, duabus Theodosiis, Honorio, Aetio & aliis
de infidelibus reportarunt, in primis vero de Sar-
acenis sub Pelagio primo Castiliae rege, qui cū mille
fuorum 20000. hostium delevit, Carolus Martel-
lus vnicō prelio 37500. hostiū deuicit: vt eas omit-
tam, quibus sub Alfonso Castus, Ranimirus, Ferdi-
nandus & Walterus Teutonicorum Equitum ma-
gister potiti sunt: quorum hic 10000. Tartarorū
vna vice delevit, vnicō solo ex suis militibus deside-
rato. Coruinus, post quam maximarum pugnarum
victor euasisset, octaua vice cum 80000. Turcarum
manus conferere non dubitauit, licet eius exercitus
vltra 15000. militum non constaret. De qua re di-
ligentissime scripsit Thomas Bozius in libro suo
contra Macchiauellum edito. Constat porro omni-
bus, qui aliquando contra Turcas bellum gesserunt,
eorum militandi ratio: castra latissime metantur, in
expeditione nullo ordine, & confuse incedunt, vt à
tergo facile infestari possint. Quod animaduertens
Georgius ille Cæstriotus (celeberrimus omnium
qui vñquam cum Turcis bella gesserunt, à quibus
Iskanderbegh, id est, dominus Alexander vocatus,
eo nomine ipsi in circumcisione ab Amurathe, a-
pud quem obsidem agebat, indito: Tunc enim Tuc-
cæ nomina mutare in vsu habent, quemadmodum
Christiani solent in baptisme) multarum horri-
bilium & maximarum pugnarum victor de hosti-
bus suis triumphos egit. Insuper Turcæ spem vi-
ctoriæ in numero & multitidine pugnantium po-
tius,

59
tius, & in fato strepituque instrumentorum bellorum, atque horribili sonitu barbararum vo-
cum & clamore collocant, quam vt ordini decenti-
ti & veræ militia studeant. Econtra res plurimas
habent & obseruant quæ illis in maximum emolu-
mentum cedunt, qualis est autoritas summa & ab-
soluta eius, qui supremum caput est exercitus &
dux generalis. Obedientia militum, quæ tamen
hodie aliquantulum imminuta est: Auxilia prom-
ptissima, vbi necessitas ea requirit. Neque o-
pus habent nostrorum principum more, vt hinc
inde mendicando quasi colligant exercitum, qui
sæpiissime aliorum viribus plus, quam propriis con-
fidunt, & vt exercitum iustum conscribant omnes
exhaurire thesauros suos coguntur. Præcipuum
temporis spacium & rebus agendis utilessimum
inutiliter plerunque & nihil agendo transfigunt:
Turcæ contra Husarros suos ad res maxime se-
rias, & donec necessitas requirat afferuant, vel
militibus inde dona liberaliter conferunt, qui-
bus acutissimi calcaris instar ad pugnas & pericu-
la subeunda promptissimi paratisimique reddun-
tur. Bello finem nunquam aut raro imponunt,
nisi hostem aliqua ratione debellarint: vires suas
in res partui momenti nunquam collocant: quæ
in bello sibi expediunda sumunt, iusto ordine &
maximis apparatibus antea factis suscipiunt: præ-
lio raro de summa rei decertant, nisi commodissi-
ma illis affulgeat occasio. Putant nonnulli Turcis
tormentorum & machinarum magistros, & quos
Ingegneros Itali vocant præstantes deesse; adpa-
ret tamen nihil esse tam validum, nihilque tam
probe munatum, quod iporum viribus non cedar:

propugnacula, quæ inexpugnabilia habita sunt, ipsi
eitra molestiam occupant: honoribus & vi pecunia
promissa atque stipulata duces & præfidiarios, qui
extuentur, corruptunt. Nunc æneis machinis
horrenda in muros fulmina noctes atque dies iacu-
lando, locum expugnationi aperiunt, fustas mate-
ria replent, curiculis subterraneis in vrbes obfessas
penetrare tentant: obfessis à laborib. requiem nun-
quam concedunt, à proposito suo nunquam rece-
dunt. Munitio[n]es bellicæ ipsis vndique suppe-
runt; Pilas vbi opus sibi fore putant, maxima copia
conficiunt: machinarum bellicarum ingens nume-
rus Constantinopoli, Peræ, Alba Regali, Budæ af-
feruatur, maiori ex parte Christianis erectæ, par-
tim ab ipsis Turcis fusæ sunt, sed ipsorum Christia-
norū culpa, quibus sat nō fuit hostes tam immanes
& feritate barbaros sub Amurathe ex Asia in Eu-
ropam transporrasse, nisi etiam præceptores ipsis in
arte bellica extitissent. Sed vtinam ne iisdem (i-
ram Dei veriti, & suam propriam, quæ imminet,
ruinam considerantes) arma quoque clam suppe-
ditarent. Pulu[m] tormentarius Cai[us], & prope Con-
stantinopolim in loco, qui Aquebianche dicitur,
atque alibi conficitur. Viribus suis Turcæ stratage-
mata admiscent & fraudes, legi Mahumetanæ insi-
stentes. Nec desunt fraudum & insidiarum magi-
sti. Nam plerique omnes, qui semel militiae nomē
dederunt, eo studiose laborant, vt omnia quæ ad
bellum scite, & cum utilitate gerendum spectant,
recte addiscant. Tum etiam quod Turcæ præ o-
mnibus aliis fraudum optimi sint Architecti. His
de rebus commode alia in medium adduci à nobis
possent, verumtamen, qui plura cognoscere cupit,

eos

eos consulat, qui premeditato studio de rebus Turk-
icis scripserunt, in primis vero Renatum de Lusin-
ge, Dorninum de Alimes, qui de origine, conserua-
tione & diminutione Imperii Turcici doctissime
scripsit. Haec tenus de potentia & viribus Imperii
Ottomannici terrestribus: sequuntur maritimæ.

*XLIII. De Turcarum navalibus, qua in Asia,
Europa & Africa habent.*

De Raislari seu nauarchis.

*Quomodo Turcae ligna ad edificandas na-
vas habere possent.*

TURCARVM Imperator plurima habet naua-
lia, quæ Tersani vocant. Præcipuum est Sino-
poli non procul Trapezunte sitū. Constantinopoli
137. cōcamerationes sunt nauium vībus destina-
tæ. In Media & Anchiali Thraciæ vrbe ad Euxinum
Pontū sita, materia classis parandæ maxima abun-
dantia affluatur, Triremes & alia nauium genera
extruunt, vbi ligna & arbores abundant, eiūsq; rei
curam vt maxime Nauarchis committunt, qui
Raislari vel Raisilli illis vocantur. Malorū & ligni maxi-
mam copiam habent in sinu Nicomedia. In Asia, è
regione Constantinopolis: E Ducaginorū monta-
nis per Drinum fluuium in Albaniae vrbe Lissum,
quæ hodie Alexium dicitur, arbores transferri pos-
sunt. Pars quoq; Velenę conseruatur, & Polonæ e-
iisdem prouinciae vrribus, quartū hæc propter Au-
gustū Cæsarem, qui ibidem literis operā dedit, Caio
Cæsare à cōjuratis occiso, celebris habetur. In Afri-
ca nauale habet Posidii maris rubri vrbe, vbi trireme[s]
quædā in stationib. habētur, quæ quondā cōtra
Lusitanos cum expeditione contra Diu & Ormuz

Indiae vrbes suscepissent, extructæ sunt: sed parum hoc nauale conductit, quod regio ipsa lignis careat. Ut vero eo ex Bithynia & Caramania secundo Nili flumine Cairum usque atque inde Posidium (quæ hodie Suez dicitur) camelis transportetur, multis difficultatibus & sumptibus constat.

XLIV. Turcarum triremes cur parum valeant.

Vnde picem nancisci possint.

Vnde senum, vela, clavos habeant.

De myoparonibus Sultanarum.

TURCARVM in fabricandis nauibus ea est negligentia ut in cædenda materia neque annis tēpus, neq; lunæ cursum obseruent, sed celeriter, omnia, & negligenter cōficiant. Afferū (quib. teguntur) strūcturas tam male inter se cōpingunt, vt vectores à pluviis & imbris tuti non sint. Vnde ipsæ triremes diu sarta tectæ manere non possunt. Picē durā & mollem habēt Velonæ, & Rhizinii, vrbe ad sinū Rhizonium (vulgo Golfo di catharo dicitur) sita. Durior è terra effoditur, mollior ex arboribus coligitur. Abundant seu propter boum, & veruecum maximam copiam, qua iis in locis reperitur. Cānabis quod satis sit, non habent, vnde velorum quoq; copia destituuntur. Eū defectū augent Sultanarū myoparones 30. & aliae 18. naues, quas maone vocant. Solent eas Alexandriam variis mercibus onustas emittere, quibus instruendis permisso Imperatoris, quantū libet velorū, funium & aliarū rerum necessariarū ex naualib. depromunt. Tum etiā q; ii, q; harū rerum curā gerunt, parū diligenter eas afferuant, & furtim aliis diuendunt, vt aliquid lucri inde percipiant. Clavos ferreos raro nancisci possunt, in quo-

quorum vicem ligneis quibusdā peracutis vtuntur.

XLV. De nautis Turcicis & remigibus.

Anariz tributigenus, pro nautarum & remigum solutione impositum.

NAUTARVM quantum expedit conquerere possunt. Ad eam artem Asappos præcipue assuefaciunt. Vbi vero numerum eorum supplere nō possunt, Cretenium opera vtuntur, quorum plurimi semp̄ versantur Constantinopoli, atq; aliorum Græcorum, qui huius rei periti sunt, nolentes etiam & repugnantes ad remos compellunt. Exercent quoq; in ea re certum pueroru & seruorum numerum, qui semper in nauibus tam præsidariis, quam aliis afferuantur. Sed quod maximū pondēris est, remigibus peritis destituuntur. Nauis enim sine nauclero nullum esse usum constat. Neque ad ea munia Christiana mancipia idonea sunt, neque quæ ex Africa illis mittuntur. Tartaros vero, Persas, & Georgianos in mancipiorum numerum non recipiunt, ne imperium militare, q; totum penes mancipia est, ipsis committere cogantur, cuius rei superioris erā mentionem feci, & libro tertio de ea nobis dicendum erit. Imperant sepius, vt remigū onera & labores subeant Asappi atque alii vilissimæ conditionis homines: Quibus vt stipendia soluantur, tributū Christianis Europæis, q; Auariz dicitur, impositū fuit, q; 30000. Cecchinorū summā faciebat, q; hodie in alios usus impenduntur. Vbi summa rerum sic exigit necessitas, Armenios Iudeos, & Christians vi remis affigere solent. Quam consuetudinem Cicala, ultimo imperii sui maritimi anno secutus est. Ad Insularum Africæ, quæ Barbaria

dicitur, custodiam, triremibus militant Spahi non nulli, qui aliud stipendium non habent, quam Timarorum redditus, propterea prædas vndiquaque & continuo agere solent, vbi præter ordinarias triremes, alia quoque, puta ad 30. vel circiter instruunt & armantur. Ianizarorum præsidium illis impone solet.

XLVI. Commicatus nauium.

PANE M̄ bis coetum maxima abundantia co-
ficiunt Epidamni, Naupacti, in Eubœa, & ad si-
num Thessalonicēsem in loco, qui Volo dicitur, eo
per Axium fluuiū, qui hodie Vardaro dicitur, omne
frumentum, quod in Macedonia & Seruia crescit,
ratibus defertur. Atque hæc de robore, & viribus
regni Ottomannici terrestribus æque atque mari-
timis dicta sufficient. Sed cum ex mente præstantissi-
morum belli ducum, aurum & pecunia neruus sit
validissimus belli, quæ & spiritum & animum resi-
cit, & motum dat exercitui: subiiciam quædam de
diutiis Turcicis, in quibus maior pars virium hu-
ius Imperii, & aliorum Principatum consistit.

XLVII. De Hasnad seu arario Turcici Imperatoris.

*Dinervi modi, quibus ararium suum
loupletare solent.*

De auaritia Amurathis III.

*Quare Cairus Ægypti urbs vocetur
Miskir.*

Sinitio consideremus, quantū vsus Timarorum
Regno Turcico prospicit, quidue utilitatis confe-
rat, intelligemus non facile reperiiri Principem vel
monar-

monarcham, cui Turcicus Imperator diutiis & po-
tentia cedat. Siquidem ex solis Timaris ad 300000.
hominum obstricatos sibi atque obligatos habet, vt,
quoties ipsi libuerit, & quo terrarum loco eos ire
iussit, in bellum nullo Imperatoris sumptu, sed
propriis impensis proficiscantur. Quod si tantam
militum copiam alere, ipsisque iusta stipendia sol-
uere vellet, quot quantisue auri cumulis atque ac-
ceruis opus haberet, facile quiuis iudicare potest.
Habet insuper Turca duo Hasnad (aliu cum aspira-
tione Gasnad pronunciant) seu thesauros, quorum
alterum ararium exterius seu peregrinum, alterum
domesticum seu interius vocant. Illud decem auri
milliones annuos habet in reditu, qui in sumptus
regni, & in stipendia eorum, qui munera gerunt pu-
blica, atque alias vsus ad conseruationem Imperii
necessario impenduntur. Hoc immensos continet
thesauros, quia omnia quæ Imperatori dona & mu-
nera ab aliis Principibus Christianis potissimum
dantur, tum & à suis subditis & seruis, atque adeo à
cunctis aliqua coram ipso negocia sunt expedien-
da, hunc in locum conferri solent, nemini enim va-
cuis, quod dicitur, manibus in ipsis cōspectum ve-
nire conceditur. Magnificentia id tribuunt, quod
immenstem secum trahit utilitatem. Quod si quis
penitus in omnes Turearum actus oculos infigere
velit, cognoscet, eo ipsos vnicے intentos esse, quo a-
liunde curvatae rapiant, vt Imperatori quæ rapta
sunt, donent, sic per eorum munus, tanquam per a-
quæductum quendam omnes isti thefauri huius
Imperii diffluent, seque in Oceanum auaritia & Im-
peratoris exonerant. In hoc quoque ararium redi-
tus Cairi, qui millionem auri excedunt, deponun-

tur. Hanc urbem Turcæ & Arabes Miszir vocant, corrupta voce Hebraica Mizraim, quam quondam Memphin adpellare solebant. Eodem congeritur precium vel æstimatio hereditatum ab opulentioribus relistarum, quas pro suo arbitrio tractat, cum omnes mancipiorum omnium facultates in ipsius manu & potestate sint; non etiam eorum, qui Turcæ naturales sunt. Huc referuntur confiscationes, pœna pecuniariæ, quæ multæ & magnæ sunt: Tributorum, vestigialium, atque Salinarum redditus; decimæ omnium spoliorum, & prædarum, quæ terra mariq; acquiruntur, pecudum, frugum prouentus, metalli fodinarum, quæ multæ sunt & diuersissimæ in Seruia, vnde argenti prouincia dicitur: In Bosnia prope Iaizam, in Macedonia & aliis in locis. Hi redditus omnes inæstimabilem auri vim faciunt, prout Imperatorem sua trahit avaritia: vel ministri diligentes se & audios in extorsionibus & exactiōnib. præbent. Est & aliud tributi genus, quod Christiani modo soluere coguntur, videlicet pro singulis capitibus, vbi 14. ætatis annum attigerunt, Sultanicum unum: instans tamen bellum Vngaricum fecit, vt tributum illud auclum sit. Turcæ ex lege Mahometana ab eiusmodi tributis eximuntur, sed in eorum vicem quilibet 25. aspros soluit, quod donum vocant. Reperit Mahumetes in suis ærariis vim auri immensam à patre Amurathe congregatam. Qui omnium audiſſimus habendi & fere ſordidus in corradenda pecunia: contra in expensis & largitionibus atque muneribus parecſſimus ſeimper fuerat. Vnde etiam flores horti ſui diuendi, & pecuniam inde colligi volebat. Debitoribus nunquam ſatisfaciebat, militibus dona & congiaria fere nulla,

aut

aut perexigua conferebat quod institutum plane & contra morem & consuerudinem huius imperij eueniebat. Vt breuiter dicam in omnibus impensis quotidianis æque atque extraordinariis restringitissimus & ad exactam rationem diligens erat, exceptis iis, quas in suas pellices faciebat, quas nunquam è ſuo complexu, niſi insigni aliquo munere donatas, vel pretiosa gemma ornatas diſcedere volebat. His omnibus adiungi quoque poſſunt (horret animus dicere, & oculi vix lachrymas comprimit) tributa, vel ut honestiori vocant titulo, recognitions, quas Principes Christiani Turcico Imperatori pendunt: quarū recordatio ſola & memoria animos ipsorum iusta ira & indignatione contrainiquum hunc & barbarum Tyrannum accendere & instigare deberet, quo tandem aliquando iugo hoc excuſo coniunctis viribus & opibus ad gloriam Christi, ad ſuam ipsorum ſalutem vigilarent, & ſumptus hōſce in ipsius Tyranni perni ciem, atque ruinam impenderent atque collocarent.

XLVIII. Tributa & recognitions, que variis Christianorum Principes Turcis & Tartaris ſoluunt.

Quantiū valeat certa asprorum quantitas.

Quæ munera Imperatori & eius ministris donenur.

Quare eis munera publice in conſpetu offerrifoleant.

IN Vngaria Cæſar, vt pace frueretur, Turcæ eius regni nomine, ſi reſe memini, ſolutebat 45000. thalerorum. Waiuoda Moldauia ſoluit 31. ſommas asprorum. Somma autem vñica 100000.

asprorum constabat, qui 2000. coronatos faciebant, eo tempore, quo tributum illud imperatum fuit. Coronatus enim tunc 50. aspros valebat, nunc plus 100. valet. Idem Tartaris soluit 20. carros, quorum quisque quatuor bobus trahitur melle onustos, & 50. equos: sed forsitan ex nouis conuentiobibus, & pactis hodie plus vel minus soluit, quod me latet. Waiuoda Walachiae priusquam Transylvanico se coniunxit, 50. sommas asprorum pendebat. Et hoc ex epis Moldauiae, & Walachiae commentariis excerpti, quae diuersa esse ab aliorum qui ea de re scripsierunt opinionibus scio. Transylvanus ante bellum quod nunc geritur, 1500. cecchinos soluebat. Respublica Ragusea (quae Epidaurus quendam dicta) 12500. cecchinos soluit. Respublica Veneta propter Insulam Zantem (olim Zacyrthium) 1000. cecchinos. Moscouita Tartaris, qui in Taurica Chersoneso habitant, munera quædam conferte solet, vt ipsorum excursiones impeditat, quas vel proprio motu, vel in instigati à Turca in eius regiones facere solebant. Polonus misit Turcæ Anno 1591. pellès Scythicas (Zibellinæ vulgo dicuntur) quæ 25000. coronatis æstimatæ fuisse dicebantur. Sed non est census annuus, vt quidam referunt. Tartaris atinuatum certam pecunia summam soluit, quam macheras & vestimenta comparent, idque ex veteribus quibusdam pactis, vt habent Polonorum Annales. Hæc autem munera Tartaris, priusquam cum Turcis societatem inirent, solui à principibus, quos nominauit consuerant. Eaque etiam hodie pendunt, quo ipsimet Turce gratum faciant. Sunt porro etiam alia tributa, & dona quæ Principes Afri & Arabes atque Georgiani, aliisque Turcico Imperatori

tribuunt: sed ea exigui sunt momenti, & ad nostrum propositum nihil faciunt, ideoque silentio præterrevoluti. Tandem & alia quam plurima dona sunt, quæ extra ordinem Principes, quorum superioris memini in ministros huius Barbæ Tyranni faciunt, vt eos sibi concilient. Occasione & necessitate id requirente etiam ipsi Imperatori suo profuse & liberaliter donare coguntur, vt vel in eius se gratiâ insinuent, vel conceptum erga se odium & iram leniant. Præterea omnes ii, qui aliquod ambiunt officium & munus, vel qui è prouinciarum administratione, vel expeditione domum redeunt, res preciosissimas Imperatori offerre, quasi ex debito quodam tenentur: hunc in finem omnia quæ donantur munera, publice & in conspectu omnium offerri vult, vt hoc barbaro fastu subditorum suorum, & peregrinorum animos ad largiter donandum accendat.

PARTIS PRIMÆ FINIS.

PARS SECUNDA.

IN qua confilia & deliberationes Principum Ottomannicorum erga Christianos Principes declarantur, & causa, origo, & progressus belli, quod nunc geritur in Hungaria. Eius initium ab Amuratho, patre Mahumetis repetitur, ut eodem diu omnia intelligi possint.



OGNITA nunc & perspecta Mahumetis III. Turcarum Imperatoris natura, & qui ipsius mores, tum quæ membra, quod robur, quæ vires immanis huius corporis sint, expedit, vt ad plenam harum rerum omnium cognitionem cogitationes eius & machinationes, quas animo voluit contra alios Principes Christianos, in primis inuestigemus: Ut inde belli, quod nunc Hungariam tam misere affligit, causæ certissimæ adpareant, & quod fuerit ipsius initium, quosque hactenus progressus habuerit, manifestum fiat. Sed cum regnante adhuc Amuratho (qui Mahumetis III. pater fuit) belli huius fomes erumpere cœperit, necessarium fore puto, vt de eo quædam hic inseramus, & originem belli ab eius inde Imperio deducamus: Hinc quid illi vt plurimum cum aliis Principibus orbis terrarum negotii, quoq; animo erga eos affectus sit, aperiatur.

XLIX. Natura & mores Amurathis III.

Quomodo Turcae & Arabes nominent librum, qui continent ipsarum leges.

Cur

Cur Amurathus fuerit dictus Bongi.

Cur sapis usus fit oppio.

Vera causa belli Persici, & cur tandem compositum & pax facta fuerit.

Quid significet vox Mirisa.

Cur Ismael, Persarum rex, Sophi dictus fit.

Cur Persa appellantur Khiselbassi.

Cur Tartari Zagataii vocentur Ieschilbassi.

Quid sit Turban, & cur sacris literis pomum appelletur, & quæ sit ipsius significatio.

Expositio Oraculi Turcici.

De Zercola.

AMURATHES Turcarum Imperator Mahumetis pater, moderate satis & modeste, quatenus Turca & infidelis fuit, regnauit. Librum quem Muschaphum nominant, in magno precio habitum. Nam is leges Mahumetis continet, & Arabibus Alkoran dicitur, quasi per excellentiam quis dicat, ἡ ζεφύλιον, quemadmodum & Hebrei literas sacras, Kara nominant. Historias maiorum suorum libenter legit, Selimum I. imitatus, qui lectione historiarum Alexandri Magni & Iulii Cæsaris mire delectatus est. Philosophia quoque studuit, unde per ludibriū Bongi fuit appellatus, quo nomine quondam Baizetes II. fuit insignitus. A vini potu abstinuit, secus, quam Selimus eius pater fecerat. Volutates si spectes, in primis vero abominandam luxuriam, quæ Turcis alias familiaris esse solet, continentē se præbuit, maxime vero annis aliquot, qui proxime ipsius morte antecesserūt. Iuris & equi (quoad in hominem barbarū eumq; sordide auarum cadere potuit) fuit obseruatiſſimus. In eo valde sollicitū se gessit, vt omnia Principū aliorū secreta perno-

PARS SECUNDA.

IN qua confilia & deliberationes Principum Ottomannicorum erga Christianos Principes declarantur, & causa, origo, & progressus belli, quod nunc geritur in Hungaria. Eius initium ab Amuratho, patre Mahometis repetitur, ut eome, lius omnia intelligi possint.

OGNITA nunc & perspecta Mahometis III. Turcarum Imperatoris natura, & qui ipsius mores, tum quæ membra, quod robur, quæ vites immanis huius corporis sint, expedit, vt ad plenam harum rerum omnium cognitionem cogitationes eius & machinationes, quas animo voluit contra alios Principes Christianos, in primis inuestigemus: Ut inde belli, quod nunc Hungariam tam misere affligit, causæ certissimæ adpareant, & quod fuerit ipsius initium, quosque hactenus progressus habuerit, manifestum fiat. Sed cum regnante adhuc Amuratho (qui Mahometis III. pater fuit) belli huius fomes erumpere coepit, necessarium fore puto, vt de eo quædam hic inseramus, & originem belli ab eius inde Imperio deducamus: Hinc quid illi vt plurimum cum aliis Principibus orbis terrarum negotii, quoq; animo erga eos affectus sit, aperiatur.

XLIX. Natura & mores Amurathis III.

Quomodo Turca & Arabes nominent librum, qui continent ipsarum leges.

Cur

Cur Amurathus fuerit dictus Bongi.

Cur sepius usus sit oppio.

Vera causa belli Persici, & cur tandem compostum & pax facta fuerit.

Quid significet vox Mirifa.

Cur Ismael, Persarum rex, Sophi dictus sit.

Cur Persæ appellantur Khiselbassi.

Cur Tartari Zagataii vocentur Ieschilbassi.

Quid sit Turban, & cur sacris literis pomum appelletur, & que sit ipsius significatio.

Expositio Oraculi Turcici.

De Zercola.

AMURATHES Turcarum Imperator Mahometis pater, moderate satis & modestè, quatenus Turca & infidelis fuit, regnauit. Librum quem Muschaphum nominant, in magno precio habuit. Nam is leges Mahometis continet, & Arabibus Alkoran dicitur, quasi per excellentiam quis dicat, ιαχοφιλι, quemadmodum & Hebrei literas sacras, Kara nominant. Historias maiorum suorum libenter legit, Selimum I. imitatus, qui lectione historiarum Alexandri Magni & Iulii Cæsaris mire delectatus est. Philosophia quoque studuit, unde per ludibriū Bongi fuit appellatus, quo nomine quondam Baizetes II. fuit insignitus. A vini potu abstinuit, secus, quam Selimus eius pater fecerat. Volutates si spectes, in primis vero abominandā illam luxuriam, quæ Turcis alias familiaris esse solet, continentē se præbuit, maxime vero annis aliquot, qui proxime ipsius morte antecesserūt. Juris & equi (quoad in hominem barbarū euimq; sordide auarum cedere potuit) fuit obscuratissimus. In eo valde sollicitū se gessit, vt omnia Princepū aliorū secreta perno-

sceret. Ante omnia vero starum Imperii sui, sibi quā perspectissimum esse volebat, & in hunc finem proprios commentarios omniū negotiorum, quæ occurrabant, omnium reddituum, qui quoquis modo ad ipsum perueniebant, & sumptuum, qui diebus singulis expendebantur, penes se in mensa quadam repositos habebat, qui post eius mortem in filii manus peruererunt, qui eos diligenter asseruat: sicuti Tiberium Augusti similes commentarios diligenter legiſe historici tradunt. His negotiis aliquantulum grauioribus distractus & detentus, vel naturæ inclinatione ductus, vt plerumque valde fuit Melancholicus, taciturnus & in omnibus rebus suspicacissimus. Ut igitur per vices animum ad hilaritatem trāducere, Oppio vti solebat: de quo Turcarum est illa opinio, quod colorem faciei egregiam inducat, hominis animum recreet, qui que semel eo yſus fuerit, nunquam eo non delectetur. Alebat quoque in aula sua certum pygmæorum, & mutorum numerum, quos ſepiuſ inter ſe committebat, Bella plus religionis cauſa, & vt ſubditos continuo in arte & disciplina militari exercebat, gemit, quam quod ingenio bellorū auido & pugnaci eſſet. Cum Mahumethe Qudabanda Persarum rege (qui Tammas patrem & Iſmaelem aium habuit) & cum Abbas, qui nunc eo Imperio potitur (quem male quidam Mirifa vocant, quod primogenitum regis, & proximum regni ſuccellorē denotat) strenuissime per 15. vel 16. annos bella gemit. Nec viquam pacem ſe initurum cum Perſia etauit, priuſquam Casbin, quæ eſt ſedes regia, occupaſſet: idque duabus de cauſis ut nimirum cinetes Baiazeſis filii Solymanni

manni recuperaret, qui parētis iram fugiens ad Tamas regem ſe receperat, à quo in gratiam Solymani, quem ſibi Tamas reconciliare cupiebat, interfecetus fuit. Deinde ut eueteret ſepulchrum Arduelis, patriſ Iſmaeli illius, qui ſe & Persianæ primus author extitit. Hic Sophi cognominatus eſt, vel à οὐρα, quod originem ē gente magorum & ſapientū Perſarum duceret, vel quod ſapientiæ laudē apud Perſas acquisiuſſet, vel à diſtione Arabica Sophi, quæ lanam ſignificat. Perſa enim pilei illud genus quod Tulpanem vocant, non ex tela ſubtiliſſima, ut ſolent Turcæ, ſed ex lana rubro colore tincta geſtant, quo maiori zelo ſe erga religionem affectos eſſe ſimulent. Vnde Kifelbassi ſeu rubra capita per iocum à Turcis vocantur, ad differentiā Tartarorum, qui Zegatai hodie, quondam Baſteiani dicebantur, hi enim à Mahumethis prophetę posteris ſe ortos gloriantur, viridi colore vtentes Khiselbassi dicti ſunt. Tulpate vel Tocca, Tiara illa Turcica eſt, quæ Spheſra-inſtar variis circulis & voluminibus falciarum linearum, quas hodierni Græci φανιόνον vocant, conſtat, quo pilei vice vtuntur. Rectius tamen Turban te à figura turbinata, quæ græcis κώνον dicitur, nomiñaretur, ea nunc magis rotunda, quam quondam vtuntur. Quod ſi forte quis coniiciat propter eam formi & ſpeciem Tiaram illam in ſacris literis ſub pomini nomine intelligi? Vbi Dauid Hierofolymæ ruinam deplorans, dicit: templum Domini in Pomerum custodiam poſitum eſſe: quod non abs re de Turcis interpretari poſſe viderur. In oraculo Turcico, quod notum eſt omnibus, & à variis varie interpretatum fuit, inter alia hæc continentur, fore ut Imperator Turcicus Pomum Rubrum priuſ ſibi

subiiciat, quam à Christianis imperium eius eueratur, quopomo non Constantinopolim, sed regnum Persicum intelligi nonnulli volunt. Alii Tiaratam hanc Turcicam in fortitudinis symbolum accipiunt: quo admoneri volunt, qui eo cooperiuntur, ut in bellum proficentes de redditu non cogitent, sed gloriose mortem oppetere non dubitent, cum sindonem secum circumferant, qua defunctorum corpora inuoluuntur & sepeliuntur. Iahizari Tulpante non vtuntur, sed peculiare pilei gentis, quod Zercola vocant ex penula alba factum, cuius forma passim depicta cernitur, alii rubram penulam gerunt. Sed vt ad rem redeamus, Amurathes tandem nō minus quam eius subditi diuturni istius bellaboribus & curis defatigatus, re cum Persis compo- sita pacem init, tum quod regionem amplissimam maxima sua cum laude & gloria acquisiuisset, qua merito contetus esse debebat, tum vero vt ea ratio- ne regionem bello partam componeret, tutamque pace redderet, eamque in Timarorum formam re- digeret, quibus inter subditos nuper sibi subiectos diuisis, eorum benevolentiam sibi conciliaret, pro- pugnacula passim ad limites imperii construeret, quæ sibi iniucem, periculo imminente subsidio & auxilio esse possint.

*L. Visiriorum consilia, quibus Amurathi persua-
dere conati sunt, ut nouum bellum fusi-
piat.*

Qui nam sunt Visiri, & quid si porta.

INTE RIM dum Amurathes pace fruebatur, domi desidebat oculos & Melancholicus. Consilia eius intimi multis rationibus ad nouum bellum susci-

fusciendum ipsum pertrahere conabantur. Hos Visirios nominant, qui de rebus bellicis & aliis ad regni statum pertinentibus deliberant. Concilium vero, quod ex his constat, Diuanam nominant, ut superius quoque dictum, idq; aliud est quam Capi seu Porta, quo aula ipsa significatur. Eaque in re, ut in plurimis aliis, Turcae priscos imitati sunt Per- fas, qui ut habet Xenophon, eodem fere nomi- ne Aulam Regiam appellabant. Consulebant igitur Visirii, ut bellum renouaret: quod magna im- peria sine armorum vsu diu consistere non valeant: quod Respublica Romana quoisque cum Cartha- ginenibus, & ipsi Romani Imperatores in Germa- nia bella gesserunt, imperium firmum & stabile conseruarint: quod, qui ante ipsum regnarunt Ot- romannici Imperatores horū exempla secuti nun- quam belli finem pacem (vt Principes Christiani, & qui suis virib. diffidunt, facerē solent) sibi pro- positam habuerint, sed omni tempore bella fo- querint, quibus non modo Imperium, ad eam, in qua nūc est, magnitudinem euixerint, verum etiam subditos bellis occupatos & distentos, à re- rum nouarum studio & seditionibꝫ, quæ oculi parere solent, distraxerint: quod subditi tempo- re pacis alii de bellica fortitudine multum remit- tant, alii minus aude mercarū se dedant, a- lii deprædationibus inhient: hinc vsum militiae nauticæ iam dudum intermissum omnino dispe- rite: Terrestrem vero militiam, si diutius dif- feratur bellum, vilescere, & pristino robore spo- liari, neminem esse qui non videat. Hinc ducum atque militum, qui fortiter & audacter se belli periculis obiiciant, inopiam necessario induci,

cum solius belli usus atque exercitatio milites aptos & idoneos ad militiam reddat. Constat enim iisdem, quibus res acquiruntur mediis, ut plurimum easdem conferuari, quod verum esse plurima exempla & argumenta docent.

L.I. Gallorum regis & Angliae Regiae legati Amurathem ad bellum exhortantur: Amurathes tam subito, quid in hoc negocio sibi faciendum sit, statuere non potest.

Bassæ, qui, quas dixi, belli mouendi rationes Amurathi allegarant, maxime suum commodum, & vtilitatem spectabant. In primis vero Sian ille & Feratus, inter quos perpetua amulatio-ne, ut alteri honore præcederet, concertatum est. Hi non ignorabant, tanta autoritate se pacis tempore frui non posse, quantum bello pollerent: Nec ad eas se redire diutias, quas præ nimia auaritia, immensa libido sitiebant. Bellum igitur mordicus suadebant, nec minus in id incumbebant Galliaz, Angliaz, & Principis in Geilan legati, ut infra quoq; dicetur. Sed in re tam ardua & tam graui, quid faciendum esset, Amurathes seiso initio expedire non potuit. Non equidem quod animum non haberet armatum & ad bellum propendente, sed quod nondum ipsi certo constare videretur, in quem potius & cum maiori suo commodo, & absque maximis incommoditatibus, & periculis arma transferret, quod in hac re consiliarii ipsius minime consentient, à quibus diversæ sententiae dictæ, & in mediū, allatae fuerant. Quæ cuim res grauissimas, quæ in toto orbe tunc agitantur, contineant: In primis

vero

vero vtilitatem orbis Christiani spectent, non pigebit illas eo ordine referre, quo ex aliorum fidelium relatione ad nos delatae fuerunt. Continent insuper secreta quam plurima, & res grauissimas, quæ non in quorumuis notitiâ haec tenus peruenierunt. Principib. vero Christianis, quæ in eos Turcici Tyranni sint machinationes, aperiet, ut quibus modis ipsi resistere possint, non modo consilium ineant, verum etiam, ut omnes priuatas inimicitias Republicæ condonent, & coniunctis viribus & opibus viriliter & generose ipsi bellum inferant, & Deo clementer annuente, tandem ipsum detinuant, eiusque tyrannidem euertant.

Octo fuerunt consiliariorum Turcicorum de bello mouendo opiniones.

1. Ut bellum contra Persas renouetur.
2. Ut arma inferantur Marachiensi & Fezensi regi.
3. Ut contra regem Hispaniarum bellum suscipiatur.
4. Ut Malta insula obsideatur.
5. Ut armis petatur Venera Respublica.
6. Ut parti alicui Italie bellum moueat.
7. Vel regi Poloniae.
8. Vel ipsi tandem Imperatori & Vngariae regno.

L.II. Consilium de renouando bello Persico.

Turca Persiam sub Azemja nomine intellegunt.

De Vsbeghan & de Tariaris Ketziebassis.

De Principe in Geilan.

De Gargina.

RACTIONES, quibus opiniones suas comprebant Principi suo consiliarii, haec fere erant: Ut bellum contra Persiam, quod Turcae sub Azemias nomine intelligunt, redintegretur: haec causa in medium adferebantur, quod omni tempore, quo Turcas alio bello implicatos nosceret Persarum rex, pacem rupturus sit, tum ut regionem suo cum dedecore maximo amissam recuperet; tum ut tot tantasq; sibi iam dudum à Turcicis Imperatoribus illatas iniurias vindicet: Fore insuper, ut Christiani Principes eius rei suasores, & impulsores ipsi existant: Hispanus in primis, qui propter Indiae vicinitatem, illud absque rerum suarum dispendio procurare, & machinatum atque tormentorum magistros ipsi commode suppeditare posset, quod non ita pridem factum esse constabat: Regionem nuper acquisitam in statum quietum & tranquillum nondum esse redactam: Propugnacula recentes extructa, & eorum incolas in periculo versari: Nec ipsis propter itineris difficultatem & diuturnitatem prompte subsidio veniri posse. Quod si Persae nullum aliud inferunt damnum, quam ut prædas e provincia illa agant, eamque depopulent, dictos incolas in eas redactos iri angustias, ut regio acquisita rursus deserenda, vel fame iplis per eundum sit: Non vincere modo, sed Victoria vi, atque eam persecui veram tandem esse gloriam: Cauere sibi Amurathes, ne iram & indignationem Mahumetis in se concitet. Nam cum ipsis fauore & auspiciis tot victorias, quot quisquam aliis ex suis maioribus de hostibus sua religionis reportat; decere Principem pium & religiosum, ut iniurias Deo & hominibus illatas seuerere vindicet.

cer. His addebat, quod Vsbegh Han promptum subsidium & auxilium ad illud bellum offerret. Hic Tartarorum princeps est, qui proxime Persiam attingunt, eoru regio Bahera à Tūrcis dicitur, quondam Battra vel Bastra vocata, ipsi Ketziebassi, quod penula caput tegant, ominantur. Nec ita dudum Vsbegh Han, de quo modo dixi, mortuus est, filio 12. annorum relicto. Idem quod Tartarus, offerebat etiam Princeps, qui in Geilan dominatur, quæ Prouincia à mari Caspio magis versus ortum rendit. De victoria, quam iam in manibus se habere putabant, ex successibus priorum bellorum Turcæ iudicium faciebant: Neque Persarum equitibus licet Arabibus tantur equis, sibi quicquam timendum rebantur, quod ex timiditate sapientiam in fugam versi fuissent. Neque etiam verendum, ut in Persarum gratiam Georgiani (quos Gurggianos Turcæ vocant, quondam Iberi dicti sunt) armam sumant, quod nonnulli eorum Tūrcis pareant, & Bassæ in Tiflis & aliis postquam Bassalucchi à Mustapha facti fuerunt, sint subiecti; alii vasalli sunt Turcæ: reliqui suos habent Principes Simonem & Alexandrum, quorum imperium haud gratae sequuntur, nec ad altiorem fortunam aspirant, sed sua regione licet parua, contenti, eam timentur atque defendunt, quæ natura loci & situ munitissima est, & vix aditus ad eam patet, propter montes, sylvas & viarum angustias, quibus passim cingitur.

Derebellione cuiusdam Marabut.

De quibusdam locis, quos Hispani in Africa tenent.

SECUND A, quæ dicta fuit, sententia, erat, ut belum in Africam contra Seriphum transferatur, propter has fere causas: Ottomannico Imperio magno probro & dedecori futurū, quod Mauros istos & Afros, q̄ numero paucissimi sunt, haec tenus subjugare non valuerit. Nec minus turpe, & inhonestum, quod in Africa, quæ tertia pars orbis terrarū est, & propter vicinitatem Italie, tam diu Romanos bello exagitauit, exiguum adeo terræ particulam possideant: Algerium & Tunetam nunquam tuto possideri, neque subditos & pýratas, qui eas urbēs incolunt contenos fore, & quieturos, donec regnū illud integre libereq; possideant: occupatidum esse promontorium Aguero & portum Lixæ seu Larissæ (quæ loca extra fretum Herculeum sita sunt) quod Anglis & aliis Turcarum amicis, qui in eo mari prædatoriam exercent, multum commoditatis allatura sint, & eorum nauigationē tutam reddent. Quamuis Seriphus Mahometanae religioni sit addictus, & regnum suum in feudū ab Ottomannico imperio teneat, clam tamen cum Hispano, & equitibus Melitensibus cōspirasse dicitur, vnde hi non ita pridem Tripolim ipso conniuente ex improviso fere occurrassent. Quod rebellionem, quam mouit Morabut, & eius successor clam promouerit: Etsi hominum multitudine valeat, re tamen pecuniaria destituantur. Quamuis etiam Hispani in Africa possideant Maraschebir, Oran, Pegnon, Tanger, Arzillam, Ma-zagan, Ceutan, & Septam, atque adeo Mauros iuware, illisque assistere queant, illorum tamen im-

petus

petus, & conatus instructa classe facile cohiberi, & ipsam Hispaniam infestari posse. Tum etiam quod expugnationem Tuneri, & Golettæ (quæ ab Hispanis inexpugnabiles iudicata, à Sinano vero Bassa magna sua cum laude captæ sunt) tam recenti adhuc memoria Hispani teneant, ut non facile quid contra Turcas in gratiam Maurorum molituri videantur.

L I V . Consilium de bello Melitensibus inferendo.

TERTIA de bello mouendo sententia contra Melitam seu Maltam Insulam dicta fuit, quam classe obsideri & debellari volebant. Quod equitum facrorum triremes indies maximis damnis tum mercatores, tum qui religionis causa ad Mecham contendunt, afficerent: Non igitur religionis solummodo causa bellum eo transferendum, quo viam, quæ eo ducit, ab equitum incursionibus tutam reddat, verum etiam ut veteres iniurias, & damna iam dudum accepta vlciscatur, in primis vero ut dedecus atque infamia notā, quam Solymannus incurrerat, cum frustra Melitam obfedi-set, deleat, damnumque resarciat. Præterea etiam communes subditorum querelas in medium asserebant, esse videlicet quam plurimos, qui amicorum plures, qui cognatorum, quos miseram seruitutem apud equites seruire sciebant, ærumnas & calamitates defleant, quib. tandem eos liberari pettebant. Querentes tantum abesse, ut sub eius maioribus talia Turcis perferenda fuerint, quin ipsos contra equites Rhodo Insula, & propugnaculo fortissimo, quod versus Orientem Christianū defen-

F

debat orbē, spoliatint. Pœna insuper equites multandos, quod Afros rebelles omni munitionum genere iuicerint & Methonem, hodie Modon dictam ex improviso occupare tentarint.

L V. Consilium de Hispano oppugnando.

De Algerio Urbe.

Quomodo Hispanus à Mauris, Gallis, & Anglis simul bello peti posset.

Quaratione in mari rubro & sinu Persico ipsi resistendum.

QUARTO loco eorū, qui Hispanū bello petendū esse rebaitur, sententia nobis dicenda est. Hi contendebant fieri non posse, vt Turcicū Imperiū ad totius mundi monarchiam, tanq; ad scopum, ad quem omnes omnī Turcarū actiones & machinationes directæ semp fuerint; pertingat, nisi prius Hispani debilitetur vires & immēsa potentia, qua omnes alios Christiani orbis reges & Principes longe superare credatur. Nullum esse periculum, vt Hispanus Algerium obsideat, quam nunc longe melius munitam norit, atque tempore Caroli V. Imperatoris fuerat, quem Turcē Crai voce Sclauonica nominare solent. Et quamuis Hispani sine intermissione regem de ea expeditione sollicitent, quod noua indies damna & calamitates à pyratis Afris accipiant: tamē quo minus illorū petitioni annuat, obstat periculū, quod ab hostili classe, quam eō modo in mare Hispanicum attracturus eslet, sibi suis que immintere sciat: præsidiarias Hispanorum triremes, nō facile regiones versus Orientem sitas, quas Turcē incolūt petituras esse, ne minus procul ē patriæ conspectu, quæ ipsarum ope vt plurimum indeget,

diget, discedant. Hispaniæ regem vel multitudine negotiorum, vel aliis de causis retardari, quo minus quæ in concilio militari decreta sunt, subito exequatur. Et quantum ex eo iudicare possimus, quod non ita pridem ad Nicopolim, quæ Proneza hodie, & Nauarinum, quæ quondam Pylus dicta est, contigit, Hispani sibi armis Ottomānicis sedulo cauere videntur, ipsum regem cautissime in suis versari negotiis certissimum est, ne cum Turca bello concurrere tandem aliquando inuitus cogatur: quod videre fuit, cum non ita pridem sub exitum belli Persici, auxilium Persarum regi denegarit, cui succurrere poterat, & ante solitus fuerat. Quod si defensionem parare, & vim vi repellere omnino velit, vix tamen ipsi tantundem virium superesse, vt præter ea, quæ nunc diuersis in locis bella gerit, nouum insuper suscipere, & quantum sat est militum & pecunia, aliarumque rerum, ad bellum necessiarum, suppeditare posse. Instare ipsi Belgii defensionem & amissarum prouinciarum recuperationem, quæ propter fluxum maris, & multitudinem fluuiorum, munitissimæ, & ab incolis mira animi præsentia & pertinacia libertatis & religionis conseruandæ caussa, defendantur. Hispanum capitali odio ab Anglia dissidere, quæ bellum hoc multis modis iuuare possit, si in Lusitanias regnum impetum faciat, vel nauibus, quæ Indiae thesauros aduehant, insidias struat: vel in alia eius regna incursiones tentet, quæ admodum non ita pridem Coronę portum occupavit, qui locus commodissimus est ad infestandum Hispaniam, & impediendas navigationes Indicas, atque alias, quæ in Oceano fieri solent: Bellum vero Gallicum tam implicatum & sollicitum tenere His-

spanum, ut qua ratione, citra honoris & bonorum iacturam se expeditat, modum vix ullum reperire possit. Quod si vero cum Principibus supra dictis pacem ineat, ut nullum inde in posterū periculum ipsi creari possit, alia tamen remedia quærenda & in manus sumenda esse: Aromatum aliarumque mercium negociationem, ex qua maximos ille percipit fructus, impediendam: Eius quoque naues, si opus fuerit, è Persico sinu exturbandas ope illarum tremium, quæ Posidii (hodie Suez dicitur) in statione teneantur: Propugnacula, quæ in illis locis poscidet, aggrediunda, & si fieri possit occupanda, quæ admodum contra Lusiranos in Diu & Ormuz tentatum fuit: quod Alfonsus Albaquerquensis Lusitanie porrex in India efficere studuit, cum celeribus equis regionem illam percurrentes, Mecham spoliare ex improviso, & Mahumetis sepulchrum de prædare contendit. Idemque sub Imperio Sultaniorum quoque euenit: Et Traianus Imperator iam olim eodem modo grassari conatus est. Ea quæ in Africa possidet loca, adoranda esse, & littus Hispanie quod est ad mare mediterraneum infestandum, ut subditis Afris, qui indies illud sollicite rogabant, aliquando gratificetur, quo securè negociari, & peregrinari possint. Ipsiique Mauri tandem aliquando ab Hispanorum dominio liberentur, quod & Seli-mo proxime defuncto persuasum aliquando fuerat: verum id multo commodius hoc tempore fieri posse, quod Maurorum gens nunc valde aucta sit: inuitique Hispanis pareant, ex mercaturis maximis diuitias acquisierint, naturæ ductu & religione moti, odium acerrimum contra Hispanos conceperint. Huc non parum conducent Africę portus,

in quos

in quos nauibus semper tutus patebit aditus. Porro maximi ad hoc bellum momenti rem esse, quod Galliæ rex, & Angliæ regina sponte continuatione belli contra Hispanos offerant: Gallus Nauarram invadet, & Ius, quod ad illud regnum prætendit, armis repetet. Angliæ regina non modo ipsum in Indiis occidentalibus, in Oceano versus Septentrionem & occasum aggrediatur, sed & nouos tumultus & motus in Portugallia regno excitet, ubi quā plurimi subditorum ægerrius Hispanorum Imperium ferunt: sibi epim ita persuadent, & vere quidē, cum postremo Portugallia regre, qui verus & legitimus ipsorum erat dominus, omnem prosperitatem & tranquillitatem se amisisse. Hic enim pacem cum Galliæ & Angliæ regib. coluit, virde subditū maximas diuitias negoziando acquirere poterant. ubi vero in Hispanorū manus inciderunt, propter bella perpetua, noua indies sibi damna inferri & pericula creari conqueruntur: Insuper magnam exulum Hispanorum copiam passim reperiri, qui male contēti & pertæsi dominationis Hispanicæ non modo ex Portugallia, sed ex ipsa etiā Aragonia & aliis regni partibus profugerunt. Nunc vero in Gallia, Anglia & Constantinopoli degant, qui auxilia & subsidia plurima occulte ac palam liberaliter offerat, eadem Mauros quam plurimos polliceri: Hocce vero omnes, perfacilem expeditionem, & certissimam victoriā promittere, si ex improviso quis Hispaniam invaderet, quod fere nullus ibi sit militiæ vsus, cum incolæ raro domi se in armis exerceant, neque in locis necessariis ordinaria præsidia sint disposita, & per pauci equi ad bellum idonei reperiatur. Considerandum porro, Hispaniā yiris, qui tem-

bellicam fortiter & strenue tractarint, valde exhaustam esse, propter crebros copiarum depletus, quæ in Indias, Italiam atque Belgium fere quotidie transmittuntur, vnde haud leuiter vires earum regionum attritæ & extenuatæ adeo sint, vt si valido & numero ex exercitu impetus in eas fieret, vix à suis defendi aut iuuari posse videantur, sed aliarum vicinarum ditionum huic regno subiectarum, praesidio & auxilio opus habitura sint, quæ si vel impediantur, vel in tempore adesse celsarent, tanto faciliorem partem aduersæ victoriæ sui relinquunt.

L VI. Consilium de bello Venetis inferendo, & opugnanda Insula Corzyra, Catharo, Cerigo, Novigrado, Zara, Butinio, & littore maris Adriatici deustanto.

De Pola, Ragusa, & plurimis portibus Turcarum in eo martistis.

De Candia Insula.

De Sinano Bassa, & causis ipsius obitus.

De Ferat Chereilam, & cur odium Mahometis incurrit, cur Majus factus, id est, ab officio depositus fuerit.

De Baetia & Andromico.

De Emiris & cur Tulpantem viridem gerant.

Qua via vinum Maluaticum ex Creta in Germaniam, Poloniā, & Moscouiam transuehatur.

VT pax Veneta Recpublicæ quandam concessa, discutiatur, illi qui quinto loco sententia suam dixerunt,

dixerunt, Amurathi persuadere conati sunt, rationib. vtentes verisimilibus potius quam veris, licet illæ Turcis minus dubia videri poterant, quod ea facile & libenter credere solemus, quæ cupimus. Dicebant hi, nullam expeditionem minus difficilem futuram hac ipsa: iudicio de rebus præsentibus è præteriorum bellorum eventibus sumpto, in quibus semper Turcae Venetis aliquid eripuerunt, qui vt pacem obtinerent, multis nominibus Turcis satisfacere cogebantur. R e publicam Venetam sibi à Turcis timere, & à bello alienam esse, inde patere, quod semper sibi finem actionum omnium pacem proposuerit, & nunquam ad arma maiorum insistens vestigiis, nisi coacta peruenierit. Quid si forte ad primum armorum strepitum locis aliquibus vultro cedat? ne maiori damno afficiatur vel penitus vincatur, quod in Cypri deditione factū esse constat. Quid si eius tanta non sit potentia, & belli robur, vt sola resistere possit? Quod si cum aliis se se iungat moram haud breuem intercessuram propter difficultates, quæ in iciendis foederib. occurrere solent. Quod Hispano non æque iam vt olim iuncta sit, cuius etiam auxilio nuperrime destituta, pacem cum Selimo inire coacta fuerit. Quod si omnino Venetis se iungere contra Turcas Hispano animus sit, fieri tamen nullo modo posse, vt quæ necessario ad bella requiruntur, quibus ille nunc est irretitus, suppeditare possit. Ipso vero absente, omnem aliam confederationem ad bellum maritimum gerendum fore inutilem & inanem. Quæ Pontifex huc conferre possit, esse peregrina, licet enim officio ille suo fungatur, alios Principes ad ferendum auxilium adhortando, & ad bellū instigando, præter subsidium

tamen aliquod pecuniatum ē suis thesauris vel Ecclesiasticorum redditibus depromptum, vix ipsum amplius quippiam præstiturum esse: vel ybi ad summum res conatum perueniet cum Veneta classe quinque suas triremes coniungeret, quæ cum Sabaudi, Melitensiū equirum, & Florentini nauibus classem 20. triremium solummodo efficient, quod per exiguum esse videtur. Notandum & hoc inter Venetam Remp. (vt sibi persuadent Turcæ) & reliquos Christianos Principes forsitan eā non esse animorum coniunctionem & familiaritatem, quam gravitas periculi, quod illi ex bello Turcico imminere potest, & ipsa necessitas exigit & requirit. Hactenus dissoluendis alienis nominibus proximo bello cōtractis, & cōstruendis propugnaculis, eius thesauros exhaustos forsitan nūc nō ea aurī copia instructos, q̄ bellī moles efflagitat. Tandem cum Venetorū tota ditio passim propugnacula habeat quā plurima, fieri nullo modo posse, vt simul omnia milite aliisque munitionibus bellicis tam bene munita sint, quā ratio bellī postulat & requirit. In hoc bellū fere omnes Visirii cōsenserunt, sed quo bellī primus impetus dirigendus esset, variorum variæ fuerunt opiniones quas particulatim recēsēbo. Sinan Bassa Albanus, natus in pago Topoiano, qui est in Sangachatu Philippolis, quæ Preferem hodie dicitur, anno præterito vel ex languore, quod bellum Vngaricum ex voto minime cessisset, vel veneno necatus occubuit. Hic primam expeditionem contra Corcyram Insulam (quæ hodie Corfu dicitur) suscipiens esse suadebat: quod vt iusta de cauſa fieri crederetur, 300. Cecchinos prætēdebat, quos Corcyrenses Fisco Turcico ab Anno 1537. deberent,

propter

propter Bastiam quæ illis tunc temporis ea conditio ne cōcessa fuerat. Est autem Bastia desertus quidā in Epiro locus, pago cuidam Turcico contiguus, Corcyra 12000. passuum distans, non procul inde absunt salinæ ad fluvium Calamattan, quas Turcæ possident. Illic merces, quæ ex Græcia regionibus adferuntur, nauibus imponuntur, vt in Corcyram transfueliantur. Hanc ille suæ expeditioni prætexebat causam, sed aliam fuisse, certum est, nimiam videlicet ipsius ambitionem, qua titulum & laudem strenuissimi expugnatoris & debellatoris arcium acquirendi desiderio maximo flagrabat. Quā certo se consequi posse sperabat, si Corcyram, quæ natura loci & arte munitissima & inexpugnabilis habetur, expugnaret: eundem sibi belli euentū promittens quem expeditio eius, qua Golettam cepit, habuerat. Feratus Bassa, Charailam seu niger serpens cognominatus anno præterito viuere desit; Mahometis scilicet iussu, quam vero prudenter alii iudicet, strangulatus. Accusatus enim fuerat, quod clam cum Tartaro Grymæo conspirasset, ne, vt debebat, in bellum Vngaricum proficeretur, cum Ferat Dux belli generalis non fuisset creatus: tum quod Michaelem Waiuodam cum Transyluano reconciliare tentarit. Quorum defectionis cauſam non odium erga Turcas, sed indignationem contra Sinanū Bassam fuisse in consilio Visiriorum dicebat. Verum hæc facta ab eo fuerant, quo autoritatem Sinani Bassæ imminueret, à quo capitali odio dissidebat, postquam propter tumultum, qui in circumciſione Mahometis inter Ianizaros, & Spahioglanos extitit, Masul factus, id est ab officio remotus, cum ignominia fuisset. Hic suadebat vt Catharo (quæ

Ascruium Ptolomæo dicitur): occuparetur, quod eam obstareret Castello nouo, & clavis præcipua Dalmatiæ, maris Adriatici, & Veneti Territorii esset. Nimirum diu immoratus sum in Sinano & Fera-to Bassa, quod eorum antehac mentionem fecerimus, & postea etiam facturi simus, quod primi fere & præcipui sint, qui clavum Reipublicæ tenent. Nunc ad reliquos pergo. Sinan Cicala, Venetorum propter rationes supra allegatas hostis; Cytheram, Insulam, Cerigo hodie dictam, iniudicandam esse suadebat, lucernam Archipelagi eam vocans, & exploratricem actionum Turcarum, maxime vero, quod ex ea insula facilimus in Peloponesum sit tractus. sic Demaratus Spartanorū rex in Persia exulans Xerxi suscit, ut quantocuyus possit, Cytheram insulam sibi subiiceret, si quod affectabat, Graeciae imperitare vellet. Aliorum Bassarum erat opinio, vt Nouigradum & Zaramitizi vrbes occuparentur, quo iniuriae multis iam annis ab Vscocchis, illatae vindicentur, & eorum audacia reprimatur, vel saltem, ut Veneti ad ea damna, quæ terra mari que Turcæ à pyratis & latronibus istis quotidie patiuntur, resarcienda astringantur. Negabant enim, Veneti, se eo nomine Turcico Imperatori villo modo esse obligatos. Nec quicquam ea de re vel Constantinopoli, vel alibi in commentariis publicis scriptum reperiri. Volebant iidem Bassæ, ut Veneti à Butthroti pifcationibus (hodie Buotintro dicitur) 10000. passuum à Bastia distans, è regione Corcyra sita arcerentur. Non equidem, quod eius loci possessionem iure quodam ad Turcas spectare putarent, cum Veneti multo antea illum tenuerint, quam Turcæ pedem in Albania fixerint: Sed

quod

quod 100000. Cecchinorum in reditu pifcationes illas habere, fama, sed falsa tamen, ferat, cum ultra sex millia vel circiter nunquam locari soleat. Alius quibusdam videbatur commodum, ut classis Turcica in procinctu stans, ventum exoptatum & secundum expectaret, quo flante vel ex Peloponneso vel Naupacto (hodie Lepanto) vel Nicopoli, quæ Preuera, vel Orico, quæ Velona dicitur, solueret, maris Adriatici littus, omne inque oram maritimam deprædaretur: & qui ipfis omnium commodissimus vius fuerit locus, eum occuparet, quod eo facilius se consecuturos confidebant, quod maritimæ oræ terrestribus etiam copiis à Turcis infestari possint, utpote qui omnes illas regiones fere obtineant. Idem Bassæ hoc in primis urgebant, quod absque difficultate, sed maximo cum cōmodo Pola & Ragusa occupari possent: Illam incolis denudatam portum habere præstantissimum & in Istria sitam esse, quæ prouincia militum, & habitatorū multitudine, nec non etiam propugnaculis destituatur, sed in primis tamen quia ultra 120. millia passuum Venetiis non distet. Ragusa vero post Corcyram, alterius quasi portæ instar sit, qua in Venetiam ditionem per Adriaticum mare aditus pateat, & tam commode sita, vt tota inde Italia bello peti possit. Habere etiam portus tutissimos & capacissimos, quibus Turcæ iis in oris destituantur. Dyrrachii (quæ Durazzo dicitur) portus ultra quatuor triremes nō capit, & introitū minus tutum haber propter syrtes. Inde ad 12. lapidem ad promontorium Capodi Lacchi dictum aliud est portus 20. nauum capax, sed nec tutus, nec aquam boham habet. In sinu Velonæ seu Oriзи, aliud est, totidem capax triremium. Hinc ad 8000.

passuum est portus Raguseus, qui 20. nauium stationem habet: versus septentrionem, occasum & meridiem à ventis tutus non est. Extra sinum Adriaticum, quem veteres montibus Acrocerauniis (hodie Dichimara vocantur) terminabant, primus qui occurrit ad Epirū, est portus di Santi Quaranta, vbi quādam triremes consistere possunt. Non procul distat Neriho olim Oricum, vbi primum Romani quondā appellere solebant, cum Hydrunte in Epirum nauigarent, 40. triremium capax, sed non adeo securus est. Soli Ragusai portus, quorum 5. vel 6. sunt, insigni capacitate præstant. Tres in primis, & ex his ille, qui de sancta cruce nomen habet, non Turcicam modo, sed quamvis maximā classem capere posset. Hæc vrb̄s præter utilitates quas dixi, hanc insuper rebus Turcicis afferret, quod triremes aliaeque naues ex materia, quæ ē montibus Ducaginis eo transferetur, ibi cōstrui possint, quod ea commoditate in nullo alio ex portubus supra dictis fieri potest, vt alibi quoque à nobis demonstratum est. Sed maior pars Visriorum in expeditiōne Cretæ insulae inclinabant, quam ideo expugnandam iudicabant, quo nauigatio Turcarum, qui vel Alexandriam negociationis causa, vel ex superstitione Mecham petunt, ab Hispanis, Melitenibus & Florentinis triremibus, tuta reddatur, quod fieri non possit, nisi alterum ex his duobus remedii, quæ præcipiūs quidam ex Emiris proposuerat, obseruetur, vt videlicet Veneti non modo eo adigantur, ne vllum illis nauibus in mari, cuius Imperium habent, aditum præbeant, sed etiam vt damna resarciant, quæ ipsorum culpa nauibus Turcicis ab hoste inferantur: vel vt eum in finem classem Turcicam in

Can-

Candiam, vbi stationem habeat, recipiant. Emiri illi, quorum memini, profitentur se ex Mahumetis prophetæ descendisse prosapia. Ideoque Ziaram seu Tulpantem viridi colore infectum gestant. Nec dubitandum, quin expeditio hæc felicem habitura sit exitum, siquidem insula illius regnum, propter discrepantes ritus, quos Græci & Latini in suis Ecclesiis obseruant, inter se diuīsum sit: Nobiles Veneti (in quo fortassis hallucinantur) à Cretenis dissideant illis etiam, qui priuilegiis atque imunitatibus fruuntur, cum reliquis, qui angariis obnoxii sunt, pessime conueniat: Rusticorum animi à nobilibus valde sint alienati. Sed hoc maxime ad rem facere, quod nullo impedimento à Turcica classe quavis ex parte impetus in eam Insulam fieri possit, cum Turcarum ditione fere vndique cingatur, Natolia scilicet, Caramania, Barbaria, Alexandria, Morea, & Archipelago, quæ regiones omnes Turcarum Imperio parent, è quibus subsidia & supplementum militum nullo negocio ad exercitum mitti possint. Præterea si insula hæc, quæ omnis generis fructuum feracissima & fertilissima est, occuparetur, tum omne maritimum imperium in manibus Turcarum positum iri. Nam fere centrum nō solum maris mediterranei sed totius orbis dici possit, quod æquali distantia ab Asia, Africa, & Europa distideat. Vnde non incommodè à veteribus sedes mundi opportunitissima habita est. Hoc quoque obseruandum, quod occupata ea insula, Venetorum classis multarum triremium iacturam factura sit: Ottomannicum Imperium contra opportunitatem maximam adipiscatur, quam plurimas in ea insula construendi. Tan-

dem cum Constantinopoli maximus sit Creten-sium numerus, illi de locorū oportunitatibus Turcas informare & iuuare possent, inter eos quam plurimi sunt exules, qui eo confugerunt, vt labo-rando in armamentario, vel Perē viuctum acquirant, vel negotiationem exerceant, vini in primis precio-fissimi, quod insula profert. Inde enim per Pon-tum Euxinum ad Danubii ostia, & rursus ad urbem Chilia, Galaz Rene usque Flaz, quæ est in Valachia transfertur, ubi carris impositum in Poloniā trans-portatur: In Germaniam vero non ea via, vt non nulli scripferunt deportatur, sed per Oceanū Ham-burgum, Lubecam & Gedanum transmittitur. Pars quoque itinere quod Venetias dicit, in Ger-maniæ vrbes præcipuas defertur.

L VII. Consilium de inuadenda Italia.

De expeditionibus quas in Italiam fece-runt Hunni, Alani, Gothi, Vandali, Teutones, Galli, Hispani & Saraceni.

Laudes Italiae.

Quomodo Itali sibi derefrumentaria pro-spiciant.

PO ST HABITI's prioribus de bello mouendo consiliis, sexta successit sententia. Alii enim Bas-fa, omnes imperii Ottomannici vites terrestres & que atq; maritimæ contra Italiam dirigi yolebant: quod ad orbis terrarum monarchiā, quam Turcæ semper sibi, tanquam scopum suarum actionum, propositam habuerunt, nunquam peruenturi sint, nisi prius Italiam in potestatem redegerint. Hæc e-nim tanquam centrum vniuersi orbis consilia reli-quis

quib. a-diorū machinationes impediuntur. Romanos tandem totius mundi dominos extitisse, quod hanc potissimum obtinerent. Huc omnes suas cogitatio-nes direxisse, qui ex Vngaria per Dalmatiā eo profecti sunt. Alani & Gothi, qui utramuis Danubii ripam incolunt, postquam Græciam subiugarunt, per Bosniam & Croatiam in Italiam irruperunt. Vandali Hispania subacta, ex Africa classe eo solue-runt, Teutones, Galli & Hispani varias in Italiam expeditiones suscepserunt. Saraceni (de quibus Ro-manī quondam dicebant, eos vel in amicorum nu-mero habendos, vel non tractandos vt inimicos) postquam totam Italiam deuastarunt, diutissime il-lius Imperii potiti sunt, ipsa dominatrice Roma capta: de qua stulte sane dicere solebat Solymannus, eam iure ad Imperium Ottomannicum pertinere, quod à Constantino in præiudicium succelorum fuisse alienata. Conclu-debant tandem, quod nulla tam honesta, tamque fructuosa expeditio hac i-psa suscipi possit, quod Italia velut reginae locum in-ter alias prouincias obtineat, propter situs oppor-tunitatem, aeris temperiem, omnium rerum ad vi-citu[m] humanum necessiarum abundantiam, maxi-mas, pulcherrimas & ditissimas vrbes, propter sedē primariam Ecclesiæ Christianæ, propter antiquam gloriam & maiestatē Romani Imperii, aliasq; causas. Neq; hanc expeditionē adeo difficultem fore, quod Italia diuersis Principib[us] pareat, quorum Imperio quā plurimi ipsorum subditorū inuite obsequantur: quod incole per multos iam annos in pace vixerint, ideoque ad bellum minus apti, sed timidi atque imbellēs existerent, quod si antequam segetes

maturescant, expeditio illa, vel ex uno, vel pluribus locis incipiatur. Turcis nunquam, quæ ad victum spectant defutura: Incolas vero, quorum magna est frequentia, earum rerum penuria laborantes, & inclusos suatum urbium muris & propugnaculis, in extremum famis periculum adductos iri. Id vero inde magis patere, quoniam hoc tempore, quo pace fruuntur, frumentum, quantum sufficiat ad victum non habeant, sed aliunde, in primis vero ex Peloponneso, Constantinopoli & urbibus Oceani maritimis, illis aduehatur. Considerandum porro quod plerique Italorum non alia ratione, quam suis laboribus & manuum suarum operibus, vel negotiationibus victum sibi parent, qua ratione si spolientur, breui tempore eo illos redactos iri, vt conditionibus, quas viator propositurus sit, pareant, vel tributa soluant, Imperioque Ottomannico se subiulant. Nec milites illubentes in bellū prefecturos, quod neq; per steriles regiones neque glacie congelatas aut incultas, neq; per sylvas vel montes inaccessos ipsis proficiscendum sit, sed in suarum ædum conspectu & per proprias ditiones in bellū hoc iruri sint, & siquidem Turcæ, vt constat, sèpius eo penetrare potuerint, cum limites remotores & itinera incommodiora haberent, multo facilius id nunc fieri posse, cum opportunitatem naecti sint, & hostem in propinquuo habeant.

LVIII. Consilium de bello in Poloniā transferendo.

De Coslou.

Septi-

SEPTIMA quæ dicta fuit sententia, eorum fuit, Qui bellum in Poloniā primum, exinde in Hungariam & Germaniā transferendum esse putabant, cuius rei rationes illi allegabant: primū dignitatī & maiestati Ottomannicæ detrahi, quod Poloniæ rex tributum debitum soluere aliquoties recusarit, illud vi & armis repetendum esse censebant, quod eo facilius imperatreros se sperabant, quoniam inter ipsos Polonorū præcipuos inimicitia passim gliserent. Nec difficile illud bellum futurū, quod Polonia cum Moldauia, Tartaris & Sangiachatis Achermani & Banderæ & Vosia terminatur. Neque tutam & plenariam Moldauicæ & Valachiæ possessionem vñquam Turcas habituros, nisi Polonorū audacia reprimatur: Quod earum regionum principes, quos Waiwodas vocant, vbi multis opibus se locupletarint, semper in Poloniæ regnum recurrere soleant. Fore insuper vt iniuriæ à Cosacis illatae (qui Coslou Tauricæ Chersonési urbem occuparant) vindicentur: mercatura in Moscouiam liberior & tutior reddatur: Moscouicæ duci timorem incussum iri propter regionis vicinitatem: qui dux imperio Ottomannico impedimento fuerit, quo minus totius Persiæ regnum obtinuerit. Et cum hoc modo Germaniæ paulatim appropinqueretur, forsitan eo rem deuenturam vt insigni aliqua clade Imperator afficiatur; eoque magis magisque Imperium eius armis & præsidiis Turcicis exponatur & cingatur, Poloniā planam & apertam esse regionem, neque propugnacula ad resistendum habere, incolas militiae scientia non valere, quod diu iam pacem coluerint: Bellum cum Maximiliano Austriaco parum durauerit: Stephanus rex in

bellis quæ contra Moscouitam gessit, ut plurimum militibus Vngaris vsus sit, & obsidendo potius, quam pugnando ea bella conficeret.

LIX. Consilium de bello Imperatori Romano inferendo.

Quomodo à Turcis Imperator & Vienna appetetur.

Solymanni & Selymi consilia & deliberationes.

Quāta facilitate bellū Imperatori inferri possit.

QVIC octauam & ultimam dixere sententiam, bellum Romano Imperatori inferri volebāt, quem Turcæ regem Viennæ quæ illis Betz dicitur, nominant; olim Vindemiana fuit. Causas belli mouendi has proferebant, quod Vscocchi eo insolentiæ processerint, vt terra matique Turcas sine intermissione deprædarentur, vnde non modo propter damna, quæ inferantur subditis, sed propter ipsam Imperii Ottomannici maiestatem & honorem, eorum audacia dittius non perferendā: horum iniuriis præcipue factum esse, quod mercatores priuato suo cum damno, & publico Imperioris detrimento Narenta seu Narona Turcici Imperii oppido relieto, Emporium sibi constituenterint Salomonam (hodie Spalato) quæ ditionis Venetorum est. Sed ne sic quidem mercatorum securitati consultum esse, licet pax cum Imperatore & Venetis obseruetur. Nā & terra omnia deprædationibus ipsos miscere, animalia abigere, pagos excurrere, liberos è matrum cōplexu & sinu abripere. Hinc quis animo' ipsis sit, facile intelligi posse. Nec dubitandum, qn si occasio sese offerat, quia, si aliquod magni momenti

menti propugnaculum occupare possint, omni conatu id tentaturi sint: Quod quantum dedecoris & ignominiae, vt damnum fileatur, toti Ottomannico Imperio allaturum sit, facile quenvis æstimare posse. Nec obscurum est quam vilipenderit Imperator noster Turcam, eo quo bellum cum Persis gessit tempore, sero nimis tributum persoluenſ quod violandæ potius, quam stabilienda pacis signum sit. Nec ad eo dubiam & difficile fore vietoriā, quod & yesus Croatiam, Vngariam & Austriam impressio fieri possit. Regionem omnibus reb. necessariis abundare, exercitui sustentando commodam propter vicinitatem, & quod fere semper in Turcico territorio iter faciendum sit. Propugnacula præcipua Vngaria, Bélgradum, Budam, Albā regalem, aliaque loca munitissima Turcarum præsidiis & milite custodiri, quo milites tāquam in tutum lese recipere possint, si clade aliqua afficeretur exercitus, vel etiam in amissi locum ex præsidiis vicinis alius substitui possit. Imperatorem Romanum paci potius studere, quam bello: quod non eo loco & honore à cunctis Germaniæ Principibus forte haberi videatur, quem ipsius & dignitas & maiestas requirat. Germanorum proceres propter religionem & fines territorii acriter intese dissiderē. In primis vero propter noui Rom. regis electionem, pertæsos Imperii domus Austriacæ, à qua contrariae religionis Principes in primis abhorrevidentur. Tum quod nimis anxiæ de eumulantis & afferuandis suis thesauris sint solliciti. Tandem cum multis ab hinc annis Germani bella nulla gesserint, ad arma tractata da mītis eos fore idoneos, & ducib⁹ parum obedientes. Eos nunquam

non diffidere solitos Vngaris, Italos & Hispanis, quod hæc nationes à Germanis parum diligentur, ne dicam odio habeantur. Qui etiam inter se propter variarum religionum studia non consentiant, & semper in eo versentur metu, nesci forte Imperator Turcam bello vicerit, religionem, quam semel receperunt, iterum eiurare & Pontificis Rom. iugo se submittere cogantur. Hanc ob causam à bello ipsos potius atq; auxiliis summittēdis abstinentes, quam ut sui & Imperii defensionem suscipere velint. Nec verendum est, ut exteri Principes Imperatori hoc bello occupato auxilium ferant, Polonum & Transylvanianum nunc in pace cum Turca viuere, nec belli tempestatem in proprias ditiones deriuaturos. Tum etiam quod Poloni eo in metu sunt positi, ne patriæ limites deserere, & versus mare glaciale se conferre cogantur: Transylvanus vero à Turcico Imperatore Imperium accepit, quo rursus ab eodem exui & spoliari possit. Regem Hispaniarum ea quidem valere potentia, ut maxima domus Austriacæ auxilia subministrare possit, verum alii in locis ipsum distinerti. Pontificem Romanum non vbiuis lōcorum præsto futurum. Italiae Principes neque thesauros suos, neque subditos in alterius gratiam insumptuos. Venetam Republicam non temere Turcarum arima in se concitaturam, sed ociose potius belli spectare existimunt, quam alieno periculo se immisscere præoptaturam. Hæc præcipua sunt Visiriorum de bello mouendo sententiae, non maturo aliquo consilio, ut fere solet, xcogitatae, sed ex barbara quadam temeritate profectæ, quæ moti plurimarum rerū facilimam expeditionem sāpius sibi persuadent, quas effe-

effectu non modo difficilimas, sed etiā pernicioſissimas sibi experiuntur. Scio nonnullos esse, qui de rerū, quas enumeraui, certitudine dubitent, quem scrupulum ipsis eximere animus est. Breuiter igitur ostendā quomodo Turcis res nostræ innotescant, & Turcarum res in nostram noticiam perueniant. Demonstrabo etiam, omnibus Principibus hoc visu venire, vt de rebus maximi ponderis eiusmodi deliberationes instituant, præcipue Ottomannicæ reges, exemplo à Solymanno & Selymo dueto. Ille enim cuim suis Bassis omnium orbis terrarum Principum vires & potentiam examinabat & ponderabat: Hic vero qua ratione de omnibus Principibus, victoriam reportaret, consilium inibat.

L X. Quomodo res, quæ inter Christianos Principes aguntur, in notitiam Turcarum pertineniant.

HA V D dubium est, Turcicum Imperatorem eiusque Consiliarios non modo earum rerum quæ inter Christianos quotidie accidunt, verum etiam arcanarum, & quæ ipsis solummodo Principibus, eorumq; Consiliariis notæ sunt, cognitionem habere; quibus explorandis tum mercatorum, quorum ex omnib. nationibus Constantinopolis magnum numerum alere solet, opera vtuntur: tum ex mancipliis & captiuis, qui singulis diebus in ipsorum potestatem perueniunt, intelligunt: hi plerique fidem Christianam eiurant, præmis allecti, vel pœnarum metu, quibus durissime affliguntur. Habent etiam alias rationes hæc expiscādi. Non ita pridem Secretarius quidam Imperatoris, qui Constanti-

nopolis morabatur, plurima in illorum noticiā pertulit. Et Iudæi hac in parte fidelem ipsis nauant operam, hi sagacissimi sunt exploratores Christianorum hostes, qui passim per Turcicū Imperium sparfi, mercaturam exercent in præcipuis Emporiis & veetigalia fere soli redempta habent. Vnde summo studio res nostras indagat, ut Turcis eas reuelando, gratiam abiis ineant, bonis & facultatibus suis proficiant, seque suosque liberos in tuto conseruent; tum etiam ut præmium aliquod, & mercedem ab ipsis accipiunt, sibique eos deuinciant. Occasio præcipua belli, quod proxime Veneti cum Turca gesserunt extitit, ut fertur, Ioannes Miches Hebræus, qui infesto erga Venetos animo, quod merces suas, quas sub ficto quodam nomine, Venetias aduexerat, obtrudere ea specie prohibitus fuisset. Iohanné Lopes Hebræum affirmant plurima secreta Sixti V. Pontificis Amurathi aperuisse, quæ explorauerat, dum Romæ vixit. Ideo eius imago ab inquisitoribus combusta fuit. Habent etiam Turcæ exploratores suos fere in omnium Principum aulis, quibus certa stipendia soluunt, etiam (quod mirum est, sed verum tamen) in Heluetia & apud Rhætos superiores, ut de copiis & exercitibus, qui inde in alias regiones emittuntur, certiores reddantur.

LXI. Quomodo de rebus Turcarum certiores reddamus.

Quis apud illos Muphi vocetur.

Affan Bassa auaritia & ratio emungendi pecuniam.

De Sultana.

De Zingi Han.

Cur Tariari & Turce capitis tegumenta pennis exornent.

AD Christianos Principes quod attinet, nota sunt impense, quas faciunt, non modo ut aliorum consilia, & actiones secretiores explorent, etiam cum damno & pudore eorum, qui in eare ipsis inferuiunt, sed præcipue ut quid Turca, qui communis est hostis in animo gerat, & contra illos machinetur, explicantur. Vnde quorum plurimū interest etiam in ipsa vrbe Constantinopoli suos maximo cū sumptu alunt exploratores Iudæos & Turcas, atque primorum Bassarum fidissimos: & quoties arcum quiddam ipsis communicatur, liberat illis dona conferre solent. Nonnunquam ipsi met Bassæ Principum legatis ea, quæ in secretiori Imperatoris consilio proponuntur, & tractantur communicare solent. Verum huic malo hoc ille sollet adhibere remedium, ut præcipios Consiliarios subvenationis specie rus secū abducatur, quo ea quæ decreta sunt, minus facile euulgentur. Varix autem sunt caussæ, quæ Bassas mouent, ut de Imperatoris sui consiliis alios certiores faciant. Sæpius animorum quædam inclinatio eos permouet, qua Mahumetes Socoleuich primus Visiriū sub Selymo, & Muphtius eo tempore erga Venetam Rempublicam affectus, plurima Republicæ illius legato concedidit. Muphtius autem apud Turcas primus eius superstitionis antistes, atq; Mahumetanæ legis præcipiuus interpres est, tantæ in speciem autoritatis in concilio, ut ipsius sententia nunquam quisquam aperte contradicat. Dixi in speciem: nam quoties

Imperator serio aliquid vult, ille vel timore vel adulatione motus princeps ad laudandum & suadendum prodit. Sæpius vbi inter præcipuos Consiliarios contentiones oriuntur, vt deliberationes suorum æmularum impedian, quo minus optatum exitum fortiantur, illis quorum interest, eas patescant, quod Mehemet Bassam & Muphtium, nec non ita pridem Sinanum & Feratum fecisse constat. Non nullos avaritia ad hoc mouet. Natura enim Turcae sunt avarissimi seu donorum cupidissimi. Quia in re Assan Bassa Venetus Cilestri natus, reliquos sui temporis Bassas superauit. Hic ante Cicalam Architalassi officio funetus est, & cum quadam die in concilio quidam è Visirbassis Imperatori pollicitus esset, se ex improviso Venetias occupaturum, nec ille tamen auditus, sed derisus potius propter vanitatem & temeritatem fuisse: Assan iste ad legatum Venetum se contulit, eique consilium aperuit, quasi ab aliis in medium allatum, se vero naturali inclinatione erga eam Rempublicam motum obstatisse, ne executioni mandaretur. Vnde splendidissimo & ditissimo munere fuit donatus. Sub hoc titulo consiliarii sæpius seruos suos & famulos remunerari solent. Nam arcana illis communicant, vt eaaliis, qui liberaliter donant, aperiant, atque lucrum inde faciant. Idem cum suis vxoribus obseruant, vnde Sultanæ (qua Imperatoris sunt amatae vel cognatae) cum perpetuo in Seralio habitent, vbi negocia præcipua tractantur & expediuntur, corrum esse insciæ non possunt, eaque per Eunuchos, qui ipsarum custodiæ habent, Principum ministris reuelant. Student sibi hoc officii genere Principum animos deuincire, vt splendidum aliquod

mu-

munus ab iis blandiantur. Mater huius Mahumetis honorem singularem Venetæ Reipublicæ deferre simulat, & sæpius donum aliquod ab ea postulat. Non ita pridem omnes Sultanæ Venetis pterunt, vt prohiberent, ne fictæ illæ pennæ vitreae, quæ Murani conficiuntur, & Erodii pennis similes sunt, Venetiis in Turciam efferantur, quod magno cum applausu & vili precio passim Constantinopoli emerentur, vnde ipsæ impediantur, quo minus penas preciosissimas, quæ dono ipsis è diuersis regionibus magno numero mitti consueuerunt, eo precio, quo ante solebant, vendere possint. Apud Turcas enim mulieres æque atque viri cristas gerunt, consuetudine à Tartaris ducta, postquam Zingi Han, (perperam alii Cangio eum vocant) seruatus à bubone fuerat. Cum enim hæc auis arbusculis quibusdam confedisset, sub quibus Zingi latebat metu hostium eum insequentium, putauere illi neminem in eo loco, vbi tam secura auis consideret delitescere. In huius rei memoriâ Tartari auem hanc summopere venerantur, vt qui eius penas tum nancisci poterat, felicem sele æstimaret: atque alii deinceps iis penis capita insignire summe studerent, vt est apud Haytonem relatum. Sed ad institutum.

LXII. *Quare Amurathes bellum Rom. Imper. inferre decreuerit.*

De Assan Bosnia Bassa.

De propugnaculo Petrina.

De Assan Bassa de Unan.

A MVRATHES Turcarum Imperator, vbi diu in ea consiliorum varietate anceps hæsi-

set, incertus quid nam de bello decerneret, tandem Cæsarem aggrediendum esse statuit. Sperabat enim hac quoque in parte gloria & laude suos antecessores superare, ut in Persia se fecisse iudicabat. Idque eo facilius, quod bellum gerendum esset in regione; que proxime suum territorium attingebat: vnde commeatus & alia necessaria in castra commode deferri possent. In eo proposito à Sinano Bafsa fuit confirmatus, qui cum vidisset, frustra se Corcyensem expeditionem consuluisse, hanc fouere studuit, sperans se Generalis (ut vocant) & Supremi Ducis officio potitum, quo suis æmulis resistere, & maximas diuitias acquirere posset. Quod tandem ipsi ex animi sententia cessit, siquidem ad septuennium supremum belli Imperium ea potestate, quam Imperator ipse habet in castris, cōsecutus est. Illud negotium præ reliquis quoq; promovit Assan Bosniæ Bassa, homo temerarius potius, quam strenuus, si res eius in Croatia gestas, spectes. Putabat eo modo diuitias ex eo bello (ut mos Turcarum est) maximas, & suprema belli munia, quæ à vatisbus quibusdam, vel potius auguribus promissa fuerant (nam eorum auspiciorum erat in primis diligens obseruator, cum accipitrariæ rei p̄cesset) le consuetum. Igitur Amurathem indies de damnis, quæ Vscocchi & alii Archiducum ministri & subditis interfecabant, deque incendiis, de prædationibus eorum & rapinis commonefaciebat, instigans eum, ut in Croatia bellum inciperet. Inde vel contra Cæsarem, vel Veneros illud continuaret, vel ex improviso in Italiana impetum faceret, ut sub Mahumete, Baiazethe, & Solymanno factum fuerat. Vnde omnibus Italiae Principibus maximus metus incutetur,

retur, & milites ditissimis spoliis locupletantur. Ea importunitate tandem efficit, vt potestas ipsi data fuerit, bellum in imperii finibus auspicandi, sub hac tamen conditione, ne ipsis Amurathis iussu, sed proprio motu id à se fieri profiteretur. Petrinæ propugnaculū ad Culpam seu Colapin fluvium, quam de suo nomine Assan Grad nominari voluit, extruxit. Inde faciles incursiones in ditionem finitimam fieri poterant, & periculum minabatur Carolostadio, Zagabricæ & Metlicæ, aliisque vrbibus, & pagis vicinioribus. Omnia terrore, lachrymis & querelis percellebantur & personabāt. Sed obiter hic singulare quippiam obseruandum ducimus, eum videlicet, qui primus Persiæ regiones infestauit, antequā bellum proximum motum fuit, & pacem inter Persas & Turcam violauit, idem cum hoc nomen tulisse, & Assan Baslam de Wan vocatum, quæ Media vrbis est, hodie Siruan & Waspracan dicitur, qui eo tempore ultimus Turciæ terminus versus Persiam erat. Saepius Vscochorum mentionem fecimus: qui nam igitur sint clarissimi ut explicemus, propositi nostri ratio requirit, quoniam causa & occasio tanti belli, quod nunc geritur extitisse dicuntur.

LXIII. De Vscochis, & quare sic dicti.

Ubi ipsorum latebra & receptacula sint.

Vnde ipsis ad mare aditus sit.

Quomodo ipsorum de prædationibus variis modis resisti possit.

De Chimeriottis, Marteloffis, & Murlachis.

Sententia Azam Bassa.

Decretum Vscocorum de non diminuendo suorum numero.

VSOCHEVS voce Sclauonica saltatorem significat, quod capreoli in morem per præcipitia montium calceis lorariis saltare soleant. Sed errant, qui cum Iouio inhabitatores Chimeræ eos statuunt, siquidem à Chimeriotis, ad quingenta millaria distant; qui in Albania Acroceraunios motes ad promontoriū Iapygium, quod Capo di Santa Maria dicitur, incolunt. Vscochi Sclauonicam, Chimeriotæ Albanicam linguam loquuntut: Illi Romanos, hi Græcos obseruant ritus: Illi collecti sunt & pauci, hi vero indigenæ, & maximo numero. Inter illos plurimi versantur Murlachi, quibus sub Turcis viuere non licet, quia aut ex Veneta, vel aliorum Principum Italorum ditione proscripti, vel paupertate coacti illis se adiungunt. Recipiunt quoque in suam societatem Martelosso, qui exploratores & latrones sunt eius ditionis, vt ipsa vox Martelos demonstrat, quæ professionem, non nationem quandam denotat. De Murlachis sic statendum, eo nomine omnes Christianos intelligi, qui montes incolunt. In primis vero, qui in monte Lica prope Nouigradum & Seniam habitant. Vox ea Marolachia tunc primum innotescere cœpit, ubi in Italianam Barbari irruperunt. Nam cum ex Wallachia ad mare Adriaticum peruenissent, eo nomine omnes maris accolas adpellarunt, & sub voce Vułachi, vel Vloschi Italos omnes intellexerunt, non aliter, ac Turcæ, qui Francorum nomine omnes Italos appellabant. Vscochi maritima loca habent Seniam & Buccari: Interius vero Othozaz,

& Vi-

& Viñadol, quæ regio ad comitem Sdrim pertinet. Et licet omnes oras finitimas deprædentur, quemadmodum Turcomanni quondam in Græcia solebant, ab Imperoris tamen præfectis tolerantur, ne eos à se alienent, siquidem sine ullo stipendio, audacissime limites istos defendunt, & tuentur, Confessos Polonos ea in re imitantes; de quib. infra fuisse. Quod cum manifeste contra pacta conuentu inter Archiducales & Turcas, & cum ipsis quoque Venetis inita, fiat, sèpius causam & occasionem Turcis dedere, vt ad defendendos subditos, & merces, quæ Anconam & Venetas deferuntur, arma attripuerint. Eo etiam Venetos redegerunt, tum propter iurisdictionem, quam in mari Adriatico se habere Veneti prætendent, tum etiam ne Turcis occasionem præbeant, vt armis in Venetos conuersis iniurias ab Vscocchis illatas vlciscantur. Tum etiam ne Veneti à Turca odiose interpellentur, vt fieri solet, quoties Turcis aliquo damno adfectis satisfactionem ab iisdem Venetis Turcæ petunt. Nec Turcarum modo bona prædati sunt, sed Christianorum etiam facultates aggressi, Venetorū in primis, non equidem quo dama quæ in obsidione Seniæ accepérunt refarcirent, vt quondam ipsorum Vouiadæ & Arambassi causabantur, sed potius, vt iniustissimis modis diuitias & opes acquirerent. Quod eo libentius faciunt, quoniam optime norunt, quod à Venetis vix impediri possint, dum ab Imperialibus defenduntur, & quoties lubet in tutum se recipere queant. Vscocchis quatuor viæ patent in mare ad prædas agendas. Prima est inter flumen Vessiam atq; Cherum, insulas: secunda inter dietas insulas & Arben: Tertia inter Arben & Pagum. Quarta de-

nique inter Pagum & Zaram, quæ angustissima, & 100. passus vix patet, Veneti tricemes habent, atque alias naues armatas, quas ad impediēdos Vscocchorum impetus émitrunt, sed quia parum ordinate res administratur, parum etiam hactenus ijs iocuerunt. Nauium igitur numerus augendus & præsidia in loca opportuna collocanda sunt, quib. commode de ijs resistatur. In quæ eti sumptus maiores impendi essent, hæc tamen vtilitas inde expectanda, quod Vscocchis semel in fugam compulsi, non facile se se recolligere & vnire possint: Et mercatores ipsi, de quorum salute & vtilitate vt plurimum agitur, libenter eos sumptus contribuent, vel etiam hac ratione ipsis resistendum, vt Vscocchorū Duplicibus certa pecunia summa soluatut, vt à damnis tam Christianis, quam Turcis inferendis abstinent, cum latrociniâ vix vlla ratione latronibus illis audacissimis & animosis interdici possint, nisi serio in id, & aperto bello incumbatur. Sed verentur nōnulli, ne ex ea re Turcarum Imperator indignationem contra Venetos concepiat, qui cum Vscocchis conspirasse ea ratione videri possent, vt ipsorum mercatores solummodo pace fruātur, & tuto negotiari possint, neglegētis alii. Nec fieri etiā posse, vt in hunc modum tam secrete cum Vscocchis transfigatur, quin Tureæ resciscant. Verū huic malo duobus modis succurri poterit. Primū vt quid rei cum illis geratur, Turcarum Imperatori significetur, cū in eo omnis tractatio cōsistat, quo ipsi solummodo satifiat: Vel vt Pontifex bono cōculens publico, se se interponat, & acceptam à Veneta Republica vel à mercatorib. pecuniam, suo nomine inter Vscocchorum duces distribuat. Præterea etiam Cæsar subſidiū

dium aliquod pecunia largiri posset, vt præſidio valido Seniam & loca vicina muniatur, vel, quod optimum foret, si vt pacate inde discedant, eaq; loca rāpinis exercendis commodissima deserant, cum ipſis cōstituto preцio, vel ex pācto cōueniri posset. Constat enim publicos ipsos esse latrones, & maximis damnis Christianū orbem afficere, alia ratione, nec vires ipsorum imminui, neq; etiā penitus extirpari poterunt, quod nunquam à quoq; impediantur, quin militem suum augeant, & quoq; uis ad militiā paratos sibi afficiant. Hac enim lege apud ipsos cautum est, vt marito defūcto, cōiuncti in omnia defuncti bona succedat, & qui hanc duxerit, possessionem illorum bonorū acq; rere. Huc vsq; de Vscocchis, & quanto modo ipsorum insolentię resisti possit dictum sufficiat.

*LXIV. Sigismundus Battorius ad Cæarem transit,
quod plurimum Cesari profuit.*

Quæ Sinan Bassa Amurathi obtulit.

Obitus Amurathis & eius sepultura.

Cur Turcarum Tempa seu Meschite vocentur Moschea.

Succesio Mahometis in regno paterno.

Quid Ferat & Sinan Bassa prætendant.

Cur Mahometes in bellum præfectus sit.

Vbi bellum inter Amurathem & Cæarem, eo, quo dixi, modo recruduit, Sigismundus Battorius Transyluania Princeps Turcis aduersari, & Cæsar's partes sequi cœpit, quod vt illis præter spem & omnem expectationem euenit: ita neque ab his qui factū hoc politico more (quem Ragion Distato appellant) examinarunt, approbari potuit. Soli igitur diuinæ prouidentię merito adscribendum es-

se deliberationem illam censemus. Hinc enim du-
bio procul & Germania & Italiæ nata est salus atq;
securitas, & ipsius machinationes, quas cōtra Chri-
stianos principes intendere voluit, vt plurimum de-
clinatae & auersæ sunt singulare ad hanc diem ex-
emplio. Sinan vero vbi post mortem Aſtan Bassæ
imperio militari præfectus est, amissa omnia se re-
cuperaturum est pollicitus, vt contra eorum calu-
mniā sese purgaret, qui huius cōſiliū de bello Cæ-
ſari mouendo authorem ipsum ſolum prædicabant,
Quæ ab eo tempore in Vngaria ab vtraque parte
geſta ſunt, historicis describenda relinquiimus. Sed
ecce dum hic Belgrado reditum Constantinopolim
parat, mors Amurathis ipſi denunciatur, qui 9.
Ianuarii die Anni 1595. obiit, ſepultusq; est in tem-
plo, quod viuens conſtruxerat Idolo Bahalzebuſ,
id est, muſcarum. Qua fortaffe de cauſa talia adi-
ficia vulgo corrupto vocabulo, vel ſancludibrii cau-
ſa à noſtris Moſcheæ, hoc eſt, domuncula Muſca-
riæ nominantur. Vbi Mahumetes opera Ferati
Bassæ, qui triremem è veſtigio ipſi obuiam miferat,
in paternum imperium inductus, & de more ac
conſuetudine Ottomannica inaugurateſſet, cō-
ſilia bellica renouata ſunt. Initio apparebat, Mehe-
metem paci potius quam bello ſtudere, quod Con-
stantinopolim caritate annonæ oppreſſam, ſubdi-
tos ab eo bello alieniores; Bassarum animos, in pri-
mis vero Sinani & Ferati inuicem diſſidentes cer-
nēret. Ille enim bellii imperium iure ſibi deberi præ-
tendebat, quod Mahumeti ſemper fidiflum & a-
miciflum fuſiſſet, & parenti, quæ de filii morte ex
ambitione decreuerat, diſſuaſiſſet, & ſuſpicioſes
ea de te conceptas, eius animo exemiſſet; tum quod

ſem-

ſemper de omnibus rebus, quæ in regno quotidie
 fieri ſolebant, ipſum certiore feciſſet. Ferat contra
 optimè de Meheme te meritū eſſe ſtaturebat, quod
 tempore exiguo in poſſeſſione in regni paterni il-
 lum collocasſet. In primis vero tam periculoſo tem-
 pore, maximis neceſſitatibus Rem publicam vrgen-
 tibus. His inuicem illi altercabātur rationib. donec
 tandem alter alterius necis & obitus cauſa extitit.
 Sed vbi rebus domesticis aliquantulum Mahume-
 tes proſpexit, easque ex voto compoſuit, bello ſe ac-
 cingere coactus eſt, tum propter rationes ſuperius à
 nobis in medium prolatas, tum quod milites palam
 proſifterentur, ſe in militia non amplius profeſſu-
 ros, niſi Imperatore ipſo præſente, quod à primis
 belli Ducibus Sinano & Ferato in bellis prateritis
 minime ipſis ſatisfactum, ſed pelleſime etiam ab iſſe-
 dem tractati fuiffent: Tum etiam quod militum a-
 nimai alii in alios Duces inclinarent, & Cicala faci-
 litam victoriam ipſi promiſſet, ſi ipſem et bello
 interefſeret.

*LXV. Agria occupatur à Turca.**De urbibus Toccai & Saemar.*

PRIMO expeditionis ſuæ anno Agriam occu-
pauit, qua licet non adeo munita ſit, propter
montem, qui ipſi imminet, ſitus tamen ratione ma-
ximi eſt momenti, quod facile impedimentum in-
de Transylvani, & Cæſaris copiis, quo minus ſe cō-
iungant, creari poſſit, & Turcæ viam, quæ Caſſouia
Toccaium verius ducit, continuo infestare queant,
cum ſuperior illa, quæ eſt verius Saemar, multo ſit
longior. Quod ſi muri & propugnacula Agriæ re-
fiantur, nullo negocio exercitus validiſſimus in-

ter vtroisque hostes ibidem in excubiis haberit poterit.

LXVI. Expeditio Mahumetis.

Fuga eiusdem.

De Tamur Han.

AGRÍAE expugnationem prælium est secundum, de quo vere dici potest, quod vel uterque exercitus victoria sit potitus, Cæsarum sub principium, Turcarum sub exitum pugnae: vel quod neuter ab aduersario fuerit victus, quod ambo se se ceperint, incerto rerum suatum statu relicto. Quod inter Ludouicum XI. Gallia regem, & Carolum Burgundum, eadem fere ratione contigisse legimus, ut Græcorum, & Romanorum exempla faciem. In primo statim congressu Mahumetos propriis suis oculis vidit exercitum suum dissipatum, & in fugam coniectum, ipse de sua salute sollicitus, in montem quendam in ipso Agríae conspectu confudit, faciemque parte vestis Mahumetis, quam religionis causa secum circumferebat, abstersit. Quáta vero nostrorum militum virtus, & in debellando hoste audacia fuerit, non est obscurus, quod minus 50. millib. militum (quos Franciscus Maria, Vrbini Dux, ad extirpandam Turcicam tyrannidem sibi deposcere solebat) instructi hosti obuiam procedere, manus cū eo cōserere, & exercitu qui 300000. hominum, atque adeo totius Imperii Ottomannici robore constabat, in ipsius Imperatoris conspectu in fugam coniicere valuerint. Vnde nemo temere dubitare debet, quin si nostri minus auari, melius vnti, magisq; prouidi, in primis vero erga Ducem bellii fideliores extitissent, victoria splendidissimam, repor-

reportaturi fuerint, qualem forsitan ante ipsos nūquam Christiani de Turca tulerunt, ipso Mahometo capto: quemadmodum Baiazetem à magno Tamur Han, id est, domino ferri (qui corrupte aliis Tamerlanus vel Tamberlanes dicitur) captū esse scimus. Et ut tandem hanc partem absoluā, Turcarum Duces exiguae fortitudinem & rei bellicæ pertitiā in eo prælio demonstrarunt: vnde plurimi honoribus suis priuati, alii vita mulctati sunt: Milites vero timidi & pauidi redditii. Hinc futurum conicimus, ut eorū Imperator melius rebus suis in proximum annum prospiciat, & vel pacem ineat, vel cum minori suo periculo bellum gerere studeat. Interim perplexe Christianus Orbis de eius machinationibus est sollicitus. Quare cogitationes hostium altius examinare, & quid Christiani Principes ad gloriam Dei, & sui conseruationem præstatae repossint & debeant, iudicare nostri officii esse censemus.

FINIS II. PARTIS.

ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ ΕΘΝΟΣ

PARS TERTIA.

IN hac parte agitur, an Cesar & Transyluanus pacem a Turca oblatam acceptare debeant, nec ne? Tum etiam ostenditur, quid damni idem Turcico Imperatori inferre, si bellum continuarint; Tum, quantum alii Christianorum Principes ipsi nocere possint, ut omni tempore periculum, quod Christianitatis Turcis imminet, evitetur.

N Ultima igitur huius nostri libelli parte, primo loco demonstrare animus est: Num Cæsari atque Transylano expediatur, ut pacem, si à Turcicis offeratur, accipiant: Tum etiam exponam, quæ Turca sibi pericula à Cæsare & Transylano, tum etiam ab aliis Christianorum Principibus imminere timeat, si bellum, quod nunc geritur, continuetur, multatum quoque gentium, & locorum descriptionem addemus, quæ non minus iucunda, quam utilis lectori erit futura.

LXVII. Consilium Mahumeti datum; ut pacem cum Cæsare ineat.

Transyluanus Cæsari se coniungit, quem Turcæ maxime timet.

Cur Mahumetus belli continuationem tandem decreuerit.

CVm belli initium in Vngaria Amurathes fecisset, pacis tractatione penitus recusauit, quam tamen Galliæ & Angliæ regum legati, strenue vrebabant: Ex aduerso vero bellum maritimum contra

tra Hispanum suscipiendum, diligenter suadebant, ut à bello, quod contra Galliam & Angliam Hispani gerebant, distraherentur. Maiori studio & contentione eandem rem tractarunt, postquam duplice clade in Croatia & Vngaria Amurathes affectus esset & Constantinopoli domesticæ seditiones, & ciuiles discordia palam serperent, & indies latus manarent. Post Amurathis obitum Mahumeti successor saepius eadem in animum reuocarunt, bellum huic difficultatem ipsi ostendentes, & quanto facilius expeditionem in Hispaniam susciperem posse: Hoc in primis ipsi ponderandum relinquentes; quod Transyluanus præter omnem spem Cæsari se coniunxit, vnde Turcarum rationes belligandi summi pere impeditæ fuerint: Siquidem Princeps ille iuuenis & audax, maxima nunc autoritate apud amicos & que atque inimicos ob amplissimas res gestas polleat, qui nunquam ad officium reduci posset, nisi pace cum Cæsare facta, ipse excludatur, sed eiusmodi pacem vix esse sperandam, propter vtriusque emolumentum, quod ab alterius salute dependere videatur, tum etiam propter confoederationem recentis inter eos initam, & nouam affinitatem: qua Cæsari non ita pridem erat iunctus. Allegabant etiam Roscianorum rebellionem, & quod Moldauæ, & Walachia Waiuodæ secessionem à Turcis fecissent: Tum etiam quod omnes Turcarum subditi in maximo timore versarentur, ne vires Imperii Ottomannici à Transyluano non modo deprimantur, sed ne penitus illud regnum destruatur & euertatur. Hisce legatorum rationibus & monitis Mahumetus patulas præbuit aures. Illud etiam veritus, ne societatem mutuam Christiani Principes contrafe-

inirent, à qua re Turcarum Imperatores, semper sibi
valde timuerunt. Igitur ex responso quod legatis
dedit, & ipsius quoque actionibus apparuit, eius a-
nimūm à pace non esse alienū. Permisit enim Gra-
cia praefecto (quem Beglerbegum vocant) ut eadē
re cum Imperatoris, Transyluani & Walachi offi-
cialibus ageret.

*LXVIII. Cur Turca libenter de pace tra-
ctent.*

Ferdinandi Archiducis consilium.
Cur Maximilianus Imperator

Albam regalem non occuparit.
SED verior tamen opinio fuit Mahumetem et-
SIam tum, non minus quam Amurathem, arma-
tum animum gessisse, maxime vero postquam in
Croatia cæsus fuerat, ut amissam scilicet recuper-
ret gloriam, in qua sententia etiam Ferdinandus Ar-
chidux erat. De pace tamen tractare simulate vole-
bat, tum propter rationes superius allegatas, tum ve-
ro ut in hac quoque parte, vsum militiae, in primis
vero Ottomannicæ, sequeretur. Siquidē ea tracta-
tione hostem negligentem & dubium in consiliis
definiendis & apparatibus faciendis reddere cogi-
tabat. Sperabat etiam fore, ut durāte ea tractatione
nostrates tardius & remissius in bello contra eum
procederent, ne maioribus iniuriis eius indignatio-
nem in se concitarent. *Qua in re Maximilianum*
*II. in occupanda Alba Regali deceptum fuisse scie-
bat, dum de pace ineunda cum Solymano tracta-
ret, quæ licet confecta, tamē non diu post maximo
cum Christianoruī danno iterum dissoluta & dis-
cussa fuit. Sed statuimus Mahumetem eo tempore*

pacis

pacis fuisse cupidum, vel eam nunc serio ab ipso de-
siderari, expedit tamen ut diligenter quid in hoc
negocio rationes nostræ poscant, consideremus. E-
go particulatim omnia ea referam, in quibus car-
do huius rei grauissimæ versatur, quorum quædam
ad Cæsarem spectant, quædā ad Transyluanum, re-
liqua ad dignitatem & emolumentum totius Chri-
stianii orbis pertinent, iudicium penes alios esto.

*LXIX. Quæ pacis conditiones Turca propositurus
videatur.*

*Turcarum mos nō restituendi, quæ semel in
bello ceperunt.*

*Cur Georgius Vacowichius ditionē suam
ab Amurathe receperit.*

*Qua ratione Cefalonia à Venetis possidea-
tur.*

*Cur Ferat Beiplurima loca Iacobo Soran-
ziorestitutur.*

*Quanam loca à Cesarianis & Turcis in
hoc bello occupata fuerint.*

De vocabulo Bano.

PRIMUS quod in considerationem venit in
eo consistit, quod Turca nunquam pacem cum
Cæsare & Transyluano facturus est, nisi uterque,
quæ hoc bello ipsi ademit, restituat: Econtra ipse
haud facile, quæ occupauit, in primis vero, quæ ali-
cuius sunt momenti reddet. Sic enim inter Turcas
constitutum est, ut quæ semel ipsorum equi pedi-
bus concularunt, vbi ea occuparunt, nunquam re-
stituant: maxime vero si templo vel Meſchitas ibi
construxerint, vel commodum & emolumentum
inde sperent. Etsi vero Amurathes II. Georgio

Wocouichio Seruiædominatū, quo ipsum spoliari, restituerit, id tamen præcipue factum est, quod Amurathes Vngaros, quorum potentiam verebatur, sibi conciliare voluerit. Tum etiam quod Principeville, huius filiam, quæ Græcorum tamen religionem colebat, in matrimonio haberet à patre collocatam. Quod unum ex iis grauissimis sceleribus existimari debet, propter quæ Deo vltori visum est opibus & libertate plurimos eius g̃ctis regulos spoliare. Sicut plane eidem Georgio contigit post ultimam illam Ladislai cladem. Ex quo in Sclauonicis cantilenis vulgo appellatur Heuernich, id est, infidelis. Veneti quoque Cefaloniam Insulam hodie possident, quam Turcico Imperatori auxilio Confalui Cordubensis (quem magnum Capitaneum vocant) eripuerunt. Sed putat forsitan Turca hanc Insulam sibi parum conducere, vel eius acquisitionem fore difficillimam. Selymus pace non ita pridem cum iisdem inita permisit, vt Ferat Bei (qui non ita pridem mortuus est Budæ, vbi Bassa fuit) Iacobo Sorantio Reipub. legato 13. oppida prope Zara (olim Zacynthum) sita, quæ Turcæ in bello ipsis ademerant, restitueret: Quatuordecim vero prope Sebenicum, & nonnulla prope Spalatum. Cupiebat enim Venetorum amorem eo modo retinere, vt à foedere Christianorum, quod maxime timebat, eos distraheret. Postulata Turcæ, quæ verendum est, ne nostris proponat, hæcerunt, ni fallor; Ut sibi restituatur à Cæsarianis in Croatia quidem propugnaculum munitissimum Petrinæ, & quæ ipsi ad viam, quæ ultra Drauum Canifa usque Bahoz ducit, quæ Sigetho vicina est, erepta fuerunt. Tum in Hungaria inferiore Strigonium & Vicegradum: In superiori

riori vero Vaccia, Fileckum, & Nouigradum. Muros etiam Hatwani restaurati petet, hisce addet tributu augmentū, & vt sumptus, quos in bellum hoc fecit, ipsi rependantur. A Transyluano postulabit sibi tradi Walachiam, & vt omni suo iuri, quod in eam prætendit, renunciet: Lippam ad Marissonem fluuium sitam, arcem maximi momenti Temesuaria Bassa subiectam dedat; preciū Sangiachatum duorum, Ianomæ, & Bezhcherech, aliorumque minus celebrium locorum hoc in bello à Transylano exuistorum, sibi solui cum muneribus, & annuorū tributorum auctione poscat. Contra vero eorum quæ ipse nostratis eripuit, non est, vt quis restitutionem speret. Tenet autem Tureuopolia ditionem, quæ intra Sauum & Culpam sita, olim Banno paruit. Dicuntur autem Banni prouinciarum Rectores, Beglerbegis autoritate & potestate inferiores. Nec restituet Biz vel Bicagi, quæ versus mare vergit, non procul à ditione Veneta sita, ea via, quæ versus Nouigradum dicit. In Vngaria citeriori Vesprinum & Iaurinum: Ulteriori vero Agriam, quam postremo occupauit. Hæc fusiū à nobis id ē polita sunt, vt quæ loca utraque pars hoc in bello occupauit, innotescat, & clarius fiat.

LXX. Imperatorem & Transyluanum neque coniunctos, neque disiunctos inuicem pacem cum Turca facere debere.

Quo nomine Turca se lasuma Transyluano putet.

SECUNDO loco & hoc considerandum est, si Mahumetes cum ambobus pacem facere recusat, an alter seorsum ab altero consentire paci de-

beat? Qui in rebus agendis sunt exercitati, facile di-
judicare possunt, si hi Principes à muruo fœdero
discedant, eum qui viribus erit inferior, vel à pace
excludatur, in maximum coniectum iri periculum,
tum hæc animorum disiunctio, fœdera, & pacta
conuenta iuramento confirmata, & promissionem
summo Pontifici præstítam, violaret atque infrin-
geret. Quod si à parte Cæsaris primum offendatur,
quis non videt, quanta ingratitudinis & neglecti
officii culpa in ipsum sit redundatura, quod eū de-
serat, qui tempore maxime necessario in suas partes
contra Turcam concellerit? Quod si Transyluanus
officii immemor, pacé cum Turca ineat, credo erit
timendū ipſi, ne in summa dedecus apud quosuis
incurrat, quod immemor promissionis toties itera-
ta, cuius in primis tenax est, tandem præ formidi-
ne conditiones eiusmodi inierit, quas in hunc vi-
que diem fortiter respuerat, licet commoda maiora
& perpetua protectio, tum ab hoc Mahumete, tum
ab ipsius patre Amurathe oblata & promissa fue-
rint. Quæ si Ferdinandus Imp. considerasset, non
omnis ferme Vngaria in ius Turcarum ditionem
quæ concessisset. Præterea quis tam demens vñquā,
tamque omnis rationis experts sit, vt in fide hominis
infidelis acquiescere velit, cui non semper id metu-
endum sit fore vt ad quis occasione q̄ ipsi spem ali-
quā lucri faciēdī p̄beat, fœdera pacis p̄hibita violet
& rumpat, cum huius rei nunquā prætextus idonei
deesse possint, Barbaris in primis principibus, qui
fraudi student. Huius rei testes erunt Veneti, qui
bus Anno 1570. pax fuit à Selymo violata, præter
alia exempla infinita, quæ in medium adferre pos-
semus. Quod ne sibi quoq; contingat, si quisquam
alius

alius Principum, certe Transyluanus merito timere
debet. Siquidem domus Ottomannica omnes sibi
illatas iniurias ipſi soli imputat, & damna hoc bello
accepta ab vno ſe accepiffe Transyluanu putat: Sola
ipſius rebellione (ſicilli iustum desiderium, quo
eximere ſe Turcicæ ſeruituti voluit, nominant) cō-
ſilia ſua impedita, ſeq; à cursu victoriarū, quas ani-
mo iam voluebat, retardatum fuifſe. Idque eo ma-
gis quod vix, ac ne vix quidem, tantis Turcarum vi-
ribus resistere poſſet, ſi in ipsum ſolum conuerte-
rentur, niſi vel Polonus vel Imperator manus ipſi
porrigat vel defendat, q̄ exiguæ alias Transyluanī
vires & diuitiae ſint. Quod ſi eius ditiones natura &
locorū ſitu munitæ eſſe videantur, vt facile ad tēpus
defendi, & tueri poſſint, cogeretur tamē vel ſponte
ſua, vel vi coactus immēſa huic potētia cedere, que
vniuerso iā orbi formidabilis eſt, adeoq; ppter ho-
minum multitudinē, diuitias, & omnis belliciappa-
rat⁹ copias, insuperabilis videtur. Neq; Cæſar omni
metu atq; periculo vacuus erit, ſi Transyluanus cū
Turca transigat, id ſolūmodo ſpectet Turca, vt Prin-
cipes hoſce armis ſemel exuat, & à bello ſecuros red-
dat, q̄ milites eorum vbi ſemel domū ad propria de-
fluxerint, non facile militiā repeterē ſoleant, quare
Cæſarem maxime laborare nouit, quod bellum au-
xiliaribus portius, quā propriis copiis gerat, ad qua-
rum collectionē plurimum temporis, & ordinum
atque circulorum Imperii conuentus requiruntur.
Ex his quæ diximus, facile vnuſquisque intelliger,
pacem eiusmodi Cæſari, atque Transyluano parum
vtilem, vel pernicioſiſſimam potius futuram, quos
vbi arma ſemel depoſuſe cognouerit TurcicusIm-
perator, non erit illi difficile, bellum cum maiori

commoditate, & locis maxime oportunis redintegrande.

LXXI. Contra quos belli molem Turca sit conuersurus, si pacem cū Cæsare & Transylvano ineat.

Quod Persis non facile bellum moturuſ fit.

De Turcomannis & Corizziis.

TERTIO denique & ultimo loco, non modo Cæsari & Transylvanio, sed omnib. aliis Christiani Orbis Principibus considerare expedit, quoniam certo Turca videatur belli molē in posterum conuersurus, si pacem cum Cæsare & Transylvano faciat, eamque ad tempus conseruet? Nam haud dubium est, quin Turcica Monarchia, subditos semper, nouis bellis implicatos teneat, ut quæ originem ab armis sumplerit, & vires inde, atque incrementa omnia ceperit. Quod Persiam intentataam sit relieturus hoc præcipue tempore, & ad bellum non provocatus, inde constat, quod milites Europæi, in quibus neruus militiae Turcicæ consistit, ab illa expeditione maxime abhorrent, propter asperum & longinquum iter, & rerum ad victum pertinentium inopiam, tum etiam propter Persarum ferociam quam non parum timere videntur. In primis vero quod non ita pridem Turca cum Persarum rege pacem inierit, & fundamenta recens acquisitarum arcium nondum recte sint stabilita. Neque Persis inquam deesse milites possunt, quorum ferraria sunt genera, Turcomanni scilicet, qui nostros vasallos referunt: Corizzi, vel Cotyshi, qui stipendia merent: & auxiliarii, quorum nomine Armenii,

Ge-

Georgiani atque alii intelliguntur, qui omnes strenui sunt atque audaces, equites in primis, è quibus fere solis ipsorum militia constat, quæ maxima est militia Persicæ labes.

LXXII. Turca bellum Mulei Ameth Marocensi regi non inferet.

*Quid Siriphi, quid Sultani vox significet.
Deregno Gago.*

NEQUE adducor, vt credam Mulei Ameth, Regi in Feſſa & Marocco (quem Mauri Seriphū nominant, quod nomen, sicut Turcarum Sultanus, Regem & Dominum denotat) bellum illatum iri, quod parum lucri, iacturam vero & detrimenta maxima inde sit facturus. Tum eriam quod Mulei Ameth, qui fratres habuit Abdalam & Mahemetem, bello strenuus sit, & fortissimus. Nam etsi regnante Abdala voluptatibus & libidinibus se maxime deditum simulauit, vt suspiciones quādam fratri animo eximeret, quod Mahumethem quoque, qui nunc imperat fecisse diximus, vt patris iram leniret, attamen ubi post fratri obitum regnum auspicatus est, aliud insuper, quod regno del Gago hodie vocant, acquisiuit, quod auro purissimo abundat, unde tota eius prouincia plus centum dierum itinere circumscriptur, ab Oceano Tripolim usque pertingens.

*LXXIII. Turca & Maltam non aggreditur,
& quod nam in eare Cicala fuerit
Confilium Amurathi datum.*

MEITAM insulā non aggreditur Turcæ. Nam ex Sinani Cicalæ Archithalassī con-

filio, quod Amurathi dederat, patrum ad dignitatem Ottomanae Imperii conductet, si immensam suarum opum vim atque potentiam late patentem in exiguae illius insulae expugnationem & acquisitionem conferre velint. Ea quin sit futura difficultaria, non est dubitandum: verendum magis ipsis est, ne successu omni destituantur, quod multo melius nunc, quam Solymanni tempore minuta sit. Neque in ea defendenda Equitum sacri ordinis pristinam & innatam fortitudinem atque audaciam esse imminutam scimus: Tum quod à reliquis Christianorum Principibus haud grauate, sed multo faciliter nunc, quam olim auxilia ad eam tuendam impetrari, & obtineri possint.

*LXXIV. Turca bellum Hispano non mouet.
Turcici & Hispanici Imperii termini.*

NE QY E Hispano Turca bellum mouebit, spe concitandorum Maurorum. Non enim tanta alacritate & promptitudine hie res nouas exequuntur, quanta audiuntur eas desiderant. Eo vero minus eorum rebellioni insistendum, quod pluribus locis apertis & dissitis se iuncti, ipsis armis minime instructi sint, & eorum fides merito in dubium vocari possit. Igitur in expeditionem tarde & lente proficiuntur, praeterea metu, ne suas domi amittant diuinitias. Lusitanos & Arragonenses quod attinet, à quibus ex sententia Bassarum regi Catholico aliiquid periculi imminere posset, sciendum, hos non modo honestum subiugum missos, verum etiam sua sponte ipsos necessitati sese & temporis accommodasse. Et qui rerum agendarum sunt periti, facile iudicare pos-

possunt, non leuiter exulum consiliis atque instigationibus contra patriam aures esse praebendas, & multum damni inde saepius acceperint, qui minus caute in eare sunt versati. Nec temere cōtra se Hispani arma Turcicus Imperator concitat, quod potentissimus sit omnium Regum Orbis terrarum. Et licet variis in locis bella gerat difficilima, facile tamen vbius pacem vel inducias inire poterit, vbi à Mahemethe se peti viderit, ut taceam tantam ipsius esse potentiam, ut durantibus omnibus quae nunc gerit bellis, Turcis tamen resistere valeat, classe in primis quam singulis annis emittere soler. Nec in ea instruēnda notios facere sumptus cogetur, ut Turcarum littora & oras maritimas infestet. Neque potentia vel imperii magnitudine Turcæ Hispanus cedit. Ille quidem latissimas & maximas ditiones possidet: In Asia quidem quicquid Euxino Ponto, sinu Arabico & Persico clauditur, à mari Caspicio ad fluvium usque Araxin, & Persiæ terminos, qui magis versus ortum positi, ab Helleponto ad Nilus ostia pertingit. In Africa possidet, quicquid intra Nilum iacet usque ad Algerium, & in mediterraneo partem maximam eius prouincia, qua Ægypto & mari rubro terminatur. In Europa Buda ipsius imperii est terminus Constantinopolim usque, Nestro, Danubio, Ægæo & Adriatico mari clauditur: Euxini littorâ usque ad Tanaim fluvium comprehendens: omniesque porro Asiae insulas, & plerasque Græciae. Sed Hispani Imperium magnitudine non est inferius, quia ab Occidente in Orientem usque se ex tendit, nouum orbem complectitur, à Moluccis insulis, quae ultimæ sunt ex orientalibus, ad fretū usque Herculeum pertingit.

*LXXXV. Turca Polonis bellum non inferet.
Cur Romani Danubii littora munierint.*

Nec Poloniam bello petet, quæ Regio fere in ipsis regni Turcici visceribus sita est. Pollet in super & hominum armatorum, & equorum copia, qui vbi Muldauiam, & Walachiam sibi subiecerint, traepto Danubio Bulgariā inuadere, vel Romanos imitantes Danubii littora munire; & Constantiopolim usque, quæ caput est imperii, excurrere, tamque eam ditionem deuastare poterunt: horum audaciam & ferociam Turcæ iam olim in bellis sunt experti.

LXXVI. Turca non aggredientur Tartaros.

Nec Tartaros aggredientur, quod eandem cum Turcis religionem colant, & fœdere inuicem iuncti sint, quibus victis parum emolumenti ad vietorem lit peruenturum, quod omnium sint pauperissimi, in campo subtentoriis viuentes, qui vbi hostem sibi appropinquare sentiunt, in tutum se conferre solent, eo discedente amissa recuperant, ab illis plurima beneficia recipere possunt, vbi amicitiam cum ipsis colunt, nec minora damna vbi eos semel irritarint.

LXXVII. Neque Moscouitam.

Neque tandem Moscouitas armis petet, quod regionem habitent glacie congelataim, vel paludibus

ludib. inuiam, infœundâ, à Turcico Imperio longe dissitam. Dux ipse magna & equitum & peditū caterua stipatus incedit, qui tormentorum & sclopetorum usum apprime norunt. Ergo vel in Venetiam Rempublicam, vel vniuersam denique Italiam furorem suum effundet, si cum Cæsare pacem faciat, quod contra alium ex his quos commemo- rauimus, bellum moturum ipsum esse vix credi possit.

LXXXIX. Qua de causa, & quibus modis, Turca Venetos sit aggressurus, & cur omnibus Christianis illud periculosisimum sit futurum.

Cur Hispanus merito Venetos innare contra Turcam teneatur.

Turcarum opes frangendi Imperiique excindendi rationem unam esse, & mari superentur.

Cur Gracia victa, & Constantinopolis capta.

Cur Pius II. Mahometi II. scripsiterit. Ein dem oratio.

Clementis V III. Zelus.

Veneta Rempublica laus & potentia.

Quomodo Turca Hierosolymam vocent, & quare à Chazilaris religionis causa frequentetur.

Si Venetam Rempublicam Turcicus Imperator aggrediatur, maxima omnibus Christianis Principibus, vicinis in primis, pericula incubent, quod Italiæ bellum proxime, & sedi religionis immi-

neat. Nam Græcia Principes in hoc vnicō fete ped-
carunt, quod dissidentes iuuicem, iis quos Otto-
mannorum armis proxime expositos esse sciebant,
opportuno tempore auxilio & præsidio non vene-
runt; vnde omnibus postea idem fuit subeundum
periculum, & Imperii habenæ, Deo sic ipsorum
luxum & discordias ciuiles puniente, omnibus pa-
riter fuerunt ereptæ, in primis vero ob contami-
natam variis erroribus religionem, & legiti-
mum Dei cultum corruptum seuere fuerunt casti-
gati. Nam in Gothorum primum, Bulgarorum &
Saracenorum potestatem cōciderunt, tandem mi-
sera & deploranda Turcatum tyrannide fuerunt
oppresi, qua adhuc illaqueati tenentur. Quod ipsi
à Nicolao V. Pontifice in literis ad Constantinum
Imperatorem scriptis verissime prædictum fuerat.
Cardinalis Bessario Italæ Principibus grauiter ex-
probrat, quod Constantinopolim solis 50. millibus
coronatorum iuuare noluerint, causaque extirpant
vt postea à Turca occuparetur, qui perpetuo victori-
arum cursu Trapezuntem, Sinopem, insulâ Les-
bum (quæ Metelin hodie) Peloponnesum, Carama-
niam cum regionibus viciniâ Pamphilia, Bosniam,
Bulgariam, inferiorem Vngariam, cum Epito & ma-
xima parte Dalmatiæ, & Illyrici, tandem quoque
Eubœam, quæ Negropontus dicitur, Imperio suo
adiecit. Sed cum merito in omnium Principum au-
ribus Urbani Pontificis verba sonare debeant, quib.
Christianorum Principes Claromonte Aruerniæ
vrbe congregatos ad Hierosolymitanam expedi-
tionem suscipiendam concitauit, & recuperandam
Hierosolymam, quæ Turcis etiam ipsis Cuzzimu-
baret, seu locus sanctus & inclitus dicitur, propter
fal-

saluatoris nostri sepulchrū, quod illi æquie ac Beth-
lehemū reuereri, & ipsorum Chazillarii, qui Reli-
gionis causa Mecham profiscuntur, visitare ealo-
ca solent. Neque etiam ignota esse debeat Petri E-
remitæ adhortatio ad Christianos Principes habita-
& fratris Iohannis Capestrani conciones, quibus ad 40000. crucigerorum coegerat, qui omnes con-
tra Turcas in easdē regiones, vbi nunc geritur bel-
lum, sese contulerunt, aliorum etiam piorum viro-
rum in primis Pontificum ardentissimæ admoni-
tiones ad bellum Turcæ fortiter inferendum ex-
tent, quarum pleni sunt consiliorum, & historiarum
Ecclesiasticarum libri. Neque sanctissimus Cle-
mens VIII. qui nunc pontificatum regit, hac in
parte suo officio desit, hortando, impellendo: qui
velut alter Iacobus, noctes diesque fine cessatione
laborat in procuranda ouium Labani salute, id est,
fidelium Iesu Christi, altaque voce in precibus suis,
multisque cum lachrymis Deum pro salute nostra
implorat, & veneratur: hic omnibus aliis relictis,
nobis in præsenti sufficiet ea commemorare, quæ
Pius II. (q. prolixa epistola Mahometé II. ad Chri-
stianam religionem traducere voluit) in Concilio
Mantuæ habito, postquam ruinam Græcia, & alio-
rum regnum Turcæ subiectorum deploraslet in
confessu Christianorum Principum, in hanc sen-
tentiam locutus est: Ipsa quidem æquitas religio-
nisque studium, Illustrissimi & Christianissimi
Principes, hoc à vobis flagitat atque requirit, vt ali-
quando expurgescamini, præsentique animo tan-
dem misteris istis & calamitosis hominibus, qui sub
Turcica detinentur tyrannide, subueniatis. Quis
quæso vestrum est, qui commune hoc atque

nostrum omnium cœruiibus imminens periculum non videat, planeque sentiat? Nam ut reliquas pulcherrimas atque ditissimas regiones, quas iam prius immanissimus ille Tyrannus contra omnes ius & fas occupauit, taceamus. Adrianopolis & Nicopolis, ante pacatos annos spacio multo maiotia à Turcis erant dissipatae, quam illi Christiani sunt, quos non ita pridem in bello cepit, & omni crudelitatis genere misertime affligit. Ad hoc piissimi, religiosissimi que Principes vestrummet munus noster Salvator humeris vestris imposuit, vos obstringit atque obligat. Ille enim non modo è fauibus antiqui serpentis vos liberauit, verum etiam Principes & Rectores sui populi vos constituit, ut diligentum Pastorum instar pro salute gregis vobis commissi vigilis intrepide, ne à lupis ei quid detrimenti inferatur, Deus, cuius nomen sit benedictum in secula, in manus vobis sceptrum tradidit, gladioque accinxit, atque iussit vos, misericordiam & iusticiam exercere, atque tueri bonos, & debellare superbos. Omnes primitas utilitates Deo condonate, cedant diuinis humanæ rationes, sed & propria commoda & humanæ rationes nobis persuadeant, ut arreptis armis fortiter audaciā immanissima istius belluae reprimamus, qua Leonis instar rugientis continuo florentissimum Christiani Orbis campū deuaster, ut partem aliquam nostrarū vel vicinarū regionum deglutiatur. Liceat ex alterius damno saepere. Extinguamus ignem, qui parietem proximum atque fratrum nostrorum inflamat, ne consumamur una cum ipsis. Occurramus opportune atque destruamus torrentem hunc rapidissimum atque præcipitem, ne eius inundatione nosque nostrique agri

agri subito pereant. Ergo agite bellatores incliti atque fortissimi, vobis cum tandem statuite, & decernite, ne villa ratione seculum in quo viuimus, antea etis minus sit gloriosum, minusque celebre virorum præstantissimorum in opia: imitamini illum Gotofredum, Balduinum, Bæmundum, reliquosque Argonautas celeberrimos, qui, ut hostib. crucis Christi sepulchrum redemptoris nostri eriperent, propria quæuis bona vendiderunt, patriam domosque deseruerunt, mare transfretarunt, variis laboribus atque periculis immensis iactati in mari, fatigati in terra. Nunquam melius thesauros, arma, viresque suas se impédere posse iudicarunt, quam in sanctam hanc & laudabilem expeditionem. Quis igitur vestrum erit, qui præundo aliis sancto exemplo, primus se cruce signabit? Quis ducem itineris, quis comitem se se præbebit? ubi nam sunt Christi milites validissimi, qui gloriosum hoc exemplum sequentur? Quis tandem erit tam impius, ut priuata odia, atque inimicitias domesticas communī omnium saluti condonare nolit? Sed haec obiter dicta sufficiant, ad quæ non proposito nostræ orationis cursu, sed iustissimo quodam & pio ardore dicenda delatus sum, quo & honorem Dei nostri, & salutem tot animarum, quæ Christi sanguine redemptæ, calamitosissima Turcarum tyrannide opprimuntur, procurare semper studiavimus. Si igitur ut ad rem redeamus, Turca Venetis quod absit, bellum moueat, periculi quod impendet, grauitas necessario requireret, ut omnes Christiani Principes huc solummodo sua conferrent consilia, ne quid illa detrimenti capiat, sed in pristino suo conseruetur statu, idque eo magis, quod singulari moderatione omnium Principi-

pum fauorem retinere, & indignationem euitare semper studuit. Ea enim tanquam singulare quodam mundi ornamentum, & Christiani orbis pro pugnaculum firmissimum dignissima est, vt etiam propter optime constitutam Reipublicæ formam, quā diutissime floreat, & nunq; à quo quis occupata, incorrupta, & inuiolata libertate perfruatur. Verū præ aliis omnibus, vt id faciat, Hispaniæ rex multis nominibus obstrictus tenetur, scđdere nimis rūm, vt se ipsi iungat, vel alia ratione auxiliū præstet. Quis enim sibi persuadere poterit, Turcas Venetis deuictis à bello quieturos, quin potius maioribus frumentis commoditatibus vniuersam sibi Italiam subiicere conabuntur, in qua pulcherrimas atque florētissimas regiones Hispanus possidet. Nam reliquorum Principum vires & bellicum robur non sufficiet vt hosti tam potenti in mari resistere posint, cum mutuis sibi auxiliis, pecunia, milite, commeatu & nauibus aliquis rebus, ad bellum necessariis raro sibi inuicem succurrere soleat, quod tamen merito considerare deberent, cum optima Turcas vincendi ratio sit, vt classe ipsis occurritur, & bellū inferatur maritimum, hoc præcipue tempore, quo classem nullam habeant paratam, nautis destituantur, nauarchis prudentibus, & rei maritimat peritis careant. Tum etiam quod Turcæ naualibus abhorreant certaminibus, quod difficilima sint, multo que sanguine constent, & plerunque in illis victi fugati que fuerint. Nec eos latet, quin vbi in mari clade aliqua fuerint affecti, in terra quoq; facile à nostris vincantur. Eiusmodi consilium Euagoras Cyrius, & Conon Atheniensis Persarum regi contra Lacedæmonios dederunt. Sic Marci Antonii

claf.

classe ab Augusto deuicti exercitus, qui iam triumphabat, & 8000. peditum, 22000. equitum constabat, absque prælio victus, & nullo negotio dissipatus est. Hac vincendi ratione etiam Rogerius Calaber, Regis Aragoniæ Almiras, vsus est, Galliæ regem magui prælia victorem in mari aggressus, & Gallica fugata classe, amissa recuperauit, atque utriusque victoriae fructum solus percepit. Quis ignorat quantos Christianorum exercitus successus contra Turcas Anno 1571. & 1572. facere potuisset, si lectis magis idoneis nauibus, primo statim impetu Agæi maris loca præcipua vel Peloponnesum aut Cyprū aggressus fuisset, vt prudentissime sane Venetæ classis Inspector generalis, cui Soranzio nomen erat, in medium consuluerat? Haud dubium est, Venetam Rempublicam hoc nostro seculo esse potentissimam, non modo propter immenses aurum, argenteumque thesauros, quos longa pace cumulauit, omni ære alieno, quod ante bellum proxime gestum, & in ipso bello contraxerat dissoluto, verum etiam propter magnum triremium numerum, commeatus aliarumq; rerum ad bellum pertinentium copiam. Quibus rebus instructa, forsitan sola hosti resistere valebit. Idque eo commodius, si quā parui hostem faciar, inde ostendat, ultro bellum inferendo, si Alcibiadis Atheniensis consilium secuta, & belli factō initio strenue pgat, atq; aliquos ex locis, quos infra nominabimus, ex improviso occuperet, priusquam ille bellī iustos apparatus facere possit. Passim vero Reipublicæ huius Imperium tam probe fortiterque munitum est, vt perparum ipsis à Turcarum machinationib. & consiliis sit metuendum. Interalia propugnacula, tria hæc Cor-

I 4

cyrę, Aſcruii ſeu Cathari arque Zarę, inexpugnabilia habentur: idque eo magis quod per exiguo interuallo Venetiis diſtent, vnde ſubito præſidia mitti poſſint. Hęc clauium mariſ Adriatici vicem obtinent, hoſtem ab ingressu prohibentes, vel ad regrediendum velociter eum compellentes, vt ve- lut in reti captus detineatur. Candia ſiue Creta inſula, & loci ſitu & præſidiis firmitiſimis ad deſen- dēdū apprime inſtructa videtur, vt non niſi maxi- mo cū diſcribime, & periculo euidentiſſimo Turca eam centare poſſit. Nam ſi milites in eam expone- re velit, natura loci, quod portibus careat, impedi- tur: pars altera à milite præſidiario, atque incolis strenuis, q̄ de ſalute propria ſolliciti, fideliter Prin- cipi ſuo obtemperant, facile hoſtes ab ingressu ar- cebunt, vt vel nullas omnino, vel certe cū maximo ſuo danno copias exponere poſſint, vbi recte ad deſenderados inſulae portus in ſuos ordines diſpo- ſiti eſſent. Quod ſi vero hoc potius quam illud contingat, reliqua tamen hoſtiū manus & classis reliquia in maximo verſabuntur periculo, ne à no- tris vincantur, quod Turca propter regionum ſua- rum longinquitatem ſuis ſubſidio venire nequeat. Neque ipſamet Turcarum classis diu in hoc mari verſari poterit, abſque naufragii periculo, vel metu classis Venetæ, cum qua neceſſario prælio concur- rendum eſſet. Tandem Palmæ propugnaculum, quod nunc exædificatur à Venetis non modo Tur- cis omni tempore, vbi Iſtriam aut Forum Iulii inua- deſte volent, reſiſteret. Sed omniū in ſuper Barbarorum, qui in Italianam irrumpere conabuntur, vim atque impetum coercebit. Et hęc quidem de Ve- neta Republica dicta ſufficient. Vniuersam quod

atti-

attinet Italianam, ſuperius à me rationes, quæ Turci- cum Imperatorem ad eam expeditionem mouere poferunt, recitatæ & expositæ ſunt. Nunc quibus itineribus eo peruenire poſſit, ut repondeatur iis, qui diſſicultatem aliquam in hiſce rebus ponunt, demonſtrabo.

LXXXIX. Si Turca in Italianam bellum transferat, quibus itineribus Turca eam inua- dere poſſit.

DV A ſunt viæ, quæ Turcam ē propria ditione in Italianam ducunt. Prior, quæ optima & equi- tatiui aptiſſima, Belgrado intra Drauum & Sauum fluuios: Altera vero citra Sauum: Vtraque Lubianam vſque (quæ Labacum Germanis, olim Nau- portus dicebatur) pertingit: fertiliſſima, & quę com- modiſſime bello ſedem præbere poſſet, regio eſt. Vrbis autem ipſa facilis occupatu eſt. Huc cum ven- tum fuerit, duæ rurſus patent viæ, vna quidem ver- ſus Goritiam, altera vero per Peucæ & Karſiæ pro- uincias Falconis montem vſque, qui Veruca olim dicebatur, ducit. Sic vtraque Natisone ſeu Pifon- tio fluuio quem Turcæ aquas albas vocant, finie- tur. Qui fluuius celebris habetur, tum ppter Theodo- dorici Gothorum & Odoaci Herulorum regis re- geſtas, tum etiam quod Turcæ non ita pridem huc vſque, atque adeo ad casas Cæſarianas (hodie San Cassano) paſſim omnia deuafando & deprædando excurrerint. Prior, Goritiam ducens, propter com- meatum & ad deducendum equitatum multo eſt comodiſſior. Posterior tamen, etiſi aliquantulum faxiſor, & in Peuca ſyluae ac anguſtiaꝝ quædam,

eam difficiliorem reddant, in primis vero prope Scelescnytabor, arcem præsidio paucorum rusticorum munitam; attamen non est prorsus inuia & cœquitati inaccesa. Hanc Attila tenuit, cum Tergestum, & Aquileiam peteret.

LXXX. *Cur Theodoricus Monfalconem, Odoacer Gradifiam, Veneti Palmam munierint.*

Aliæ via, quibus Turca in Italiam venire potest.

Hæc causa Theodoricum Gothorum regem, vbi Italiam sibi subiecisset, mouit, vt locum, quem Falconis montem vocant, ad eam viam positum, muniret: cum non ita pridem ante Gradifia ab Odoacro, qui tunc Italæ imperitabat, exædificata fuisset, quam tamen paulo post ipse Theodoricus à Zenone Imperatore contra Odoacrum cum exercitu missus, occupauit. Harum arcium extruendarum causa eadem fuit, quæ Venetos ad edificandam Palmam contra Turcas mouit. Sed Turcico exercitu aliis patet in Italiam aditus, ne Constantinopolis discedentes, Belgradum peruenire cogantur, si videlicet vnam prædictarum viarum ingrediantur, & versus vrbes Nis & Præcup tendant, suntque ibi angustiæ quædam non procul ab vrbe Sophia, relicta Alba Græca ad manum dextram; vel denique relicta Sophia, vrbem Nouibazar petent, & per Ducatum Herzecouinæ in Bosniam versus Bagh lucam iter instituent, & continuo rectoque cursu, duorum tantum dierū itinere Venetam ditionem attingent, prope eum locum vbi Turcarum exercitus

tus

tus quondam conuenire solebant, quando Italiam inuadere destinarent. Hæc via plana est, & trahendis vehiculis, tormentis atque aliis impedimentis commoda. Hinc Ammianus Marcellinus scribit, Gallum Iuliani fratrem, curru Petouia vrbe Pollam vsque vectum fuisse.

LXXXI. *Quomodo Turca Italiam bello maritimo aggredi possint.*

Exempla Augusta, Cotrona, Rhegii & monis sancti angeli.

Vires & regimen Itiae.

Thucydidis iudicium de cauendis perculis.

Sed vt maiori damno Italiam afficiat Turca, vno eodemque tempore partem exercitus terrestri itinere eo mittere poterit, partem vero classe. Quod Mahumetis II. facere tentauit, & huic qui nunc regnat, à Sinano Basla anno præterito persuasum fuerat, eo videlicet consilio, vt Hispanus & Veneti tato facilius inuicé disiungantur, si Venetis in mari Adriatico quid negotii atque periculi creetur: Hispanus vero in Sicilia & regni Neapolis littoribus bello petatur, vel Calabria atque Apulia deuastetur, omni timore atque dannis involuendo.

Nec obliuioni adhuc tradita est Hydruntis occupatio, quæ tempore prioris Mahumetis contigit, sentitque adhuc curia Romana quanto metu percussa non ita pridem fuerit, cum in Tyrrheno mari Turcica classis apparuisset. Nam Italæ littora legendo, Subsolano, Noto, & Austro spirante, vel

Zephyro aut Afico flante è Barbaria usque centum cellas (que Città Vecchia hodie) excurrere potest. Notissimum est, quid Augustæ, Cotrone & Rhegii Turcæ: quidue ante illos Saraceni in monte Gargano, quem hodie sancti Angeli nominant, designauerint. Evidem scio, non absque maxima difficultate Turcarum deliberationes, quarum superius parte secunda huius libri meminimus, in effectum produci posse, quod nobilissima hæc provincia, ut rem breuiter complectar, paradisus atque deliciae orbis terrarum, natura & operibus perfecte munita, diuinarum & incolarum abundantia repleta, commeatu etiam abundet, nisi ex diuina quadam poena, vel ob alios casus fortuitos, segetes minus latæ atq; vberes interdum proueniant, à principibus denique Catholicis ac strenuis gubernetur, & contra vim hostium defendatur: inde rectissime concludere possumus, Turcam si eam inuadat, breuiter propria domicilia esse reperiturum vel sepulchrum ipsi Italiam futurum, quod multis aliis ante ipsum Barbaris contigisse nouimus. Sed cum veri Politici prudentia præcipiat, hostem formidare, eumque nullatenus contemnere, ut Thucydides monebat, quo maiori cum industria & cautione de remediis, quibus vinci possit, deliberetur atque statuatur, nostri quoque officii esse rati sumus, breuiter remedia quædam proponere, quibus pericula, quæ à Turcicis machinationibus Italiae imminere possint, evitentur, quæ etiam in bello, quod nunc geritur, commode adhiberi & usurpari queunt, quod Turcæ diligentissime sibi ab illis caueant, ea que formident.

Quo-

LXXXII. Quomodo bellum Turcicum declinari, & alio diuerti possit.

Veterum quorundam opinio super hanc rem.

Martini Segonensis sententia.

INTER alia remedia, quæ postquam Mahumet II. Hydrantum occupasset, in medium fuerunt allata, vt Turca ex Italia depelleretur, hoc quoque quod Martinus Segonius Episcopus Olchinensis (hodie Dulcigno vocant) propositus, non fuit postremum: Illud ad Sextum IV. Pontificem scriptum misit, cuius hæc feresunt verba: Pannorum Rex cum suo exercitu confederatisque populis præsentet se ad Danubium fama præcedenti: quod in Rasciam sit traecturus: futurum inde, vt omnium Turcatum multitudine sibi obuiam ad Istri traectum progrediēt, gentes nuper Valonam & ad alia Epiri maritima loca missæ ad Italiam transfretandæ statim ob metum Pannorum ad castra Turci reuocentur. Sed cum pro unico Hungariæ rege & Cesarem habeamus, & Transylvanum, deviroque, quod satis est loquar, vt cognoscatur, quanto cum derimento totius Christianitatis hi Principes pacem, vel hoc saltem tempore; & tam subito, quod multi verentur, ineant. Docebo insuper hunc certissimum esse modum, vt Reipublicæ status in tuto collocetur, ne à potentibus aduersariis inuadatur, quem etiam qui uis Duces præstantissimi maxime approbarunt. Nam Hannibal Antiocho consuluit, vt Macedoniam infestaret, ne Philippus auxilia Romanis suppeditaret. Idein consilium Hiero-

Siculorum rex Romanis dedit, vt videlicet in Africam bellum transferrent, quo Carthaginenses impedirentur, ne nouum exercitum ad Hannibalem in Italia belligantem mitterent.

LXXXIII. Aliæ rationes, ob quas Imperator pacem cum Turca iniire non debat.

Quid Mahumetes infuturum si futurus.

Itinera, quæ Turcas Viennam ducent.

Tria alia itinera ostenduntur, quibus Turca in Italiam peruenire possint, si Viennam cepissent.

Cur Mahumetes exercitum ex Croatiarenocari.

IMPERATOR iam totus est in armis occupatus, & licet quædam loca ipsi fuerint crepta, alia tamen non minoris momenti in amissorum locum cepit. Nec bellum difficile est, propter regionem & propinquitatem, milites iam arma tractare didicerrunt, forti animo horribilem hostium clamorem contemnere norunt, frigori aliisq; hyemis incommodis sunt assuefacti. Ipsi Duces in disciplina militari, qua contra Turcas videntur est, probi sunt instructi. Quod si exercitus Christianorum primus in hostico compareat, vel obsidione, vel ex improviso occupare quædam ex locis amissis conari debent, quod in tempore vix auxilium laborantibus Turcæ laturi sint. Nam qui domicilia repetierunt, quois tempore in Vngariam redire non possunt,

ob fœ-

ob fœni, herbæ, & commeatus inopiâ: Qui in pro-pugnaculis limitaneis hybernarunt, vix ad eorum defensionem, vt taceam aliorum offensionem, sufficient. Nec pauci erūt, qui quovis modo domi manere studebunt propter inediæ famisque metum, aerisq; inclemantium, quam valde perhorrescant. Præterea non abs re sperare possumus, fore ut potissimi æque, atque minoris conditionis, & nominis Principes Germaniæ tandem aliquando suo fungantur officio, quod non modo de defendendis Vngaris, quos odio maximo prosequuntur, verum etiam de ipsorummet & coniugum, liberorumque salute, & diuitiarum conseruatione agitur. Quod si forte quis eo dementiae deueniat, vt eadem libertate & opportunitate bona quæ possidet, sub Turcarum Imperio se conseruatrum cōfidat, hic de tota re facilime certus fieri poterit. Græcorum tantummodo spectaculum Tragicum & horrendum sibi ob oculos ponat, qui vbi semel à Turca fuerunt deuicti easdem perpetui sunt calamitates, & miseras, in quas Hebrei inciderunt. Reges enim & imperii ornamentiis omnibus priuati, libertate & diuitiis exuti, & quod vix sine horrore dicere possum, iucundissima consolatione, quam ex dulcissimo amplexu charissimorum liberorum percipere solebant, destituuntur. Ad hæc si bellum continuetur, nemo quidem iure dubitare poterit, quin Principes imperii etiam inuiti, Cæsaris atque ipsorummet defensionem suscipere cogantur. Siquidem semper hoc illis timendum erit, ne Turcæ copias suas, vel contra Toccoiam ducant ut Cæsar is atque Transylvani coniunctionem protinus impedian, ve contra Viennam expeditionem

suscipient, quod Sinan nuperime Mahumetum persuasit, ostendens illi, qua facilitate expugnari posset, quæ gloria inde ad illum redundatura, & quantum momenti expeditio illa habitura sit, quod capite male affecto, reliqua membra cuncta debilitentur. Quod si forte exercitum ex Croatia reuocauerit, non modo vt suspicionem & aemulationem Italiam Principibus, qui de rebus suis valde sunt solliciti, adimeret, Venetis in primis, qui ea de caussa in Palma munienda strenue pergebant, sed potius vt copias vndiquaque colligeret, quibus instructus expeditionem Viennensem maioribus viribus suscipere posset. Verum vt vt res sese habeat, constat interim nullis Venetorum muneribus & donis ad hoc ipsum fuisse adductum, vt falso nonnulli crediderunt. Porro vt periculi magnitudo innotescat, considerandum Mahumetem à teneris annis hanc expeditiōnē animo voluisse, semperque in eam inclinasse: ab eoque tempore patrem Amurathem sollicitare nunquam destitit, vt gloriam, quam ex hac expeditione sperabat, sibi relinqueret: Quod si res ex voto ipsius (quod Deus clementer auertat) cederet, non modo grauissimā iacturam facturum esset Romanum imperium sed Italia quoque, siquidem ea vrbs non modo clavis instar, aditum in veramque regionem præbet, quarum posteriorem Turcici Imperatores tanquam ultimum scopum suorum consiliorum semper sibi propositum habuerunt. Nam circa vllum impedimentum ad Iaurini propugnaculum vñque (quod ex consilio Alfonsi Ferrariensis fuit constructum, vnde Turcis ad deuastandam Austriam & Stiriam patet aditus) peruenire possunt, intra Danubium & Drauum facto

iti-

itinere. Quod si Vienna quoque in ipsorum potestate esset, facilime Italianam inuadere possent, duabus viis, quarum vna per Tirolensem comitatum, & Alpes, quæ sunt prope Tridentum, in Veronæ cāpos dicit, vel Bassanum versus. Prius iter Alaricus fecit, posterius vero Germani milites sāpius, vbi in Italianam profecti sunt. Altera via recta per Villacum in forum Iulii versus Venzone vel Cinidale tendit. Sed & adhuc alia patet, per quam Barbari sāpius Italiā sunt ingressi, videlicet per Tolmez, quæ est in Carnia & Cadore versus progreditur, verum hæc minus commoda illis esset futura. Verum inter alia quæ obstant, quo minus Cæsari debita auxilia, & subsidia mitrantur, tria potissimum sunt obseruanda, quæ hic nobis recitanda erunt.

LXXXIV. Rumores quidam in Imperio sparsi, impediunt auxilia debita, quo minus in tempore Cæsari mittantur.

Consilium Petri Moldavia Waiwode.

PRIM

R

igitur rumores quidam inter eos qui alias quam Pontificiam religionem in Imperio sequuntur, gliscunt, fore vt Cæsar eos ad amplexandam religionem Pontificiam cogat, si victoria contra Turcas potiatur. Quod & Principes & subditi pessime execrantur. Illi quidem propter usurpatā bona Ecclesiastica, quæ post mutantam religionem fisco suo addixerunt: Hi vero quod ministri, & concionatores ipsis continuo inculcare soleant, præstare Turcico Imperatori, quam Pontifici

K

Romano obedire, vnde probare videntur, Calvinismum proxime ad Mahumetismum accedere. Vita etiam licentiosa & voluptuaria, quam ipsis agere licet, in illo errore eos confirmat. Secundo non nulli libere profitentur, fore ut Cæsar pacem ineat, quod ab Imperii ordinibus lente & tarde auxiliari ipsis ferantur, & debita subsidia nunquam integremittantur: Vereri enim Imperii ordines, ne frustra sumptus faciant, & ad pacem omnes inclinare dicunt. Id multis aliis Christianis Principibus occasionem præbuit, Polonit regi in primis, & Venetis, quo minus te contra Turcas mouere voluerint, verentes ne in medio periculo deserantur, & sumptus inutiliter collocent. Sed huius rei forsitan alia subest causa, quod nonnulli, qui inclytæ Domui Austræ minus faueant, falso & peruerse spargere ausi sunt, Imperatorem parum ad bellum inclinare, tardioremque esse factum, tum propter coniurationes quasdam nefarias, nuper detectas, tum ob prædictiones cuiusdam Angli videri. Verumtamen si vel propter hasce, vel propter alias considerationes Cæsar pacis est cupidus, multo consultius fuisset in belli statim principio, quam hoc tempore eam procurare & inire, quemadmodum alibi quoque multis rationibus, & argumentis clare ostendimus. Quod & Ferdinando Archiduci Petrus Moldauæ Waiwoda consuluit, qui anno 1594. in montib. Rhæticis prope Balzanum mortuus est, cum Romanum ad osculandos B. Pontifici pedes, quamvis religione Græca imbutus, veniret: de quo ego, mandatu eius, apud Pontificem egeram. Tertio denique loco, quod ordines Imperii sumptus tam immensos ferre nolunt, nisi quæ bello capiuntur, Imperio

perio acquirantur: Contra vero Cæsar illud nunquam permisurus sit propter ius, quod Austriaca Domus in Hungaria regnum habet. Vnde vtraque pars res difficilmas in Consiliis præpotit, quæ nunquam exitum sortiri possunt. Nec immerito ereditus Cæsarem optime nosse, quanti præjudicij res sit, si omnibus Principum postulatis morem gereret, quod hi re ipsa minime sint præstiruri, quæ verbis pollicentur. Et hæc quidem de Imperatore.

LXXXV. Transylvani virtus bellica seu fortitudo.

*Cur Tarcae ipsius vita insidientur.
Vaticinia Turcarum de fine & eversione Imperii Ottomani.*

De voce Musulman.

Quod ad Transylvanianum attinet, qui secundus est, quem vices quodammodo Hungaria olim regis in bello gerendo obire, dicere quis possit, dubium non est, quin propter religionis studium & innatam magnanimitatem acerrimus Turcarum hostis sit. Res enim ab ipso hactenus in bello gestæ (quicquid sane alii contra garriant) vniuerso mundo testatum faciunt, ipsum manu promptum & strenuum, in deliberationibus magno iudicio præditum, eiusque cōsilia felicem semper habuisse exitum, quæ tria veteres sapientes in quoquis duce necessario requirebant: sed hec non à fortuna fictitia, sed à Deo qui est Dominus exercitum, illi tanquam secundo Dauidi, vel Iude & Machabæo fuerunt concessa, cuius patrocinio contra omnem ho-

stium vim strenue defenditur. Turcæ ipsum vehementissime timent propter antiqua vaticinia, quæ licet levia sint, & parui facienda, magnum tamen omnibus Barbaris timorem & formidinem incutere solent, Mahumetanis præcipue, qui absolute omnia fato tribuunt. Hoc in primis illos terret, quod dicit, fore, ut ex Transyluanæ rupibus aliquando Princeps prodeat, qui vincat & in nihilum redigat Ottomannicum Imperium. Idem fere refert Flauius Vopiscus in vita Imperatoris Floriani, suo tempore de Principe Hungaro, qui Barbaros omnes suo Imperio sit subiecturus, prædictum fuisse. Simile quipiam (quemadmodum Principibus adulatores nusquam desunt) habet Caius Suetonius de Imperatore Galba. Insuper Turcæ firmiter credunt, Mahumetanam fætam ultra mille annos non duraturam, qui forsitan breui finientur. Neque Musulmannos (sic Mahumerani) se inuicem vocant, quasi recte de religione sentientes ultra quatuordecim vel quindecim Imperatores esse habituros. Errant igitur, qui septendecim ordine numerant, siquidem Mahemetes, qui nunc imperat, decimus quartus vel quintus est, si Mosen vel Musfan annumerare quis velit. Denique constat Turcas magnopere Transyluanum timere, unde non modo diabolicis præstigiis ipsius magnanimitatem debilitare, sed etiam vita eum priuare conantur. Opinantur enim secreta ipsum consilia etiam Constantinopoli tractare, ut seditionem iis in locis suscitet, id facile ipsum effecturum putant, quod Transyluanj libentissime ipsius imperium sequantur, & Walachi, Rasci, Bulgari, Siculi aliique populi bellicosissimi & audacissimi sibi Dominum & Principem

pem saepius poposcerint, id quod paulo fusiū demonstrabo, cum hatum gentium noticia ad cognitionem rerum, quæ in bello, quod nunc geritur, plurimum conducat.

LXXXVI. De Transyluanis, Moldauis & Walachis.

Cur Romani tributum Dacis penderint.

NON iniuria Transyluanii inter bellicosissimas Europæ gentes numerantur. Hi cum Moldauis, & Walachis sub antiquo Dacorum nomine intelliguntur, quos Romani adeo formidarunt, postquam Domitianus exercitum deleuissent, ut eis tributum annum sub Domitiano & Nerua, atq; Traianii imperii initio penderint, ne ultra Danubium depopulatum excurrerent. Neque id Turcas latet, propter clades quam plurimas, quas sub Coruino, duobus Bathoris, & eo qui nunc viuit, accepserunt.

LXXXVII. De Michaeli Waiuoda Moldauia, eius subditis & Dracola.

MICHAEL Moldauia Waiuoda à Turca quondam principatum obtinuit, hodie Transyluano paret, sub cuius protectione procul dubio manebit, quod Turcis amplius fidere non possit, cum saepius ab ipso irritati læsique fuerint. In primis vero morte eorum, quos Allan Bassa pacis tractandæ causa in Walachiam miserat, quos Michael necauit. Non solum autem Walachi (quorum præstantiam in rebus bellicis Turcæ sub Dracola

duce sunt experti) sed etiam plurimi Hungari, & Transyluani, nonnulli Albani, Bulgari & Rasciani sub eo militant. Tormentarios paucos habet, quibus etiam Transyluanus destituitur, quod gentes illae, in primis vero Hungari minus quam eminus pugnare malunt, plerique equites sunt, lanceas gestantes, neque facile hostium conspectum fugiunt.

LXXXIX. De Rascianis, & cur vltiora Danubii littora occuparint.

RASCIANI in concilio Constantiensi Sirsi adpellati fuerunt, ex Misia superiore orti, quæ hodie Rascia & Seruia dicitur, quondam propter bella Turcica vltiora Istri littora occuparunt, hodie prope Temeswar & Lippam, locisque vicinis habitant, Turcarum imperio se subtraxerunt & Transyluano nunc seruiunt.

LXXXIX. De Bulgaris & Alexandro Magno.

BVIGARORVM quidam omnem eam regionem usque ad Danubium incolunt, quam Misiam inferiorem antiqui vocarunt, è regione Wallachiae sitam: Alii vero cum Græcis in Thracia, alii in Macedonia iuncti Seruanis, & Albanis seu Epirotis habitant: strenui sunt & bellicosi. Nonnulli qui domicilia sua deseruerunt, Transyluanos parent, & plures se ipsi iungerent, nisi rebus necessariis, quibus ipsos sustentare posset, destitueretur. Suntque maxime idonei ad rebellionē in patria & locis finitimis excitandā, si quis eos ad id perpetrandū serio instigaret, maxime vero si Transyluanus illud faceret, quem præ omnibus aliis in summa

ma admiratione habent, nec minus ipsum venerantur, quam Magnum illum Alexandrum, qui febre ipsorum Sympatriota fuit, Pellæ natus, quæ Macedonia vbs est. Nec indocta ab Hieronymo Frachetta Transyluani cum Alexandro Magno facta est comparatio in oratione, quam ad principem illum perscpisit.

XC. De Siculis, & tumultu inter eos excitato.

SICULI denique, qui montes versus Poloniam & Moldauiam incolunt, rustici sunt feroci, & Tartaris potius, quam Christianis similes. Vnde rectius Sythali nominari debent. Pleriq; sunt pedetes, bōbārdis vtentes, pauci vero eq̄tes. Anno 1595. Transyluanum secuti sunt in Walachia contra Simon Bassam proficiscentem; promissa ipsis fuerat immunitas, à nobilium exactionibus, cum obtulissent se aliam regionem parem magnitudine illi, quam tunc incolebant, occupatueros. Sed cum quæ promissa fuerant, minime fuissent prestata, dum Princeps ipse Pragæ morabatur, tumultum excitarunt, qui tamen facile sedatus fuit, præcipuis quibusdam autoribus capite malctatis.

CXI. Transyluanum re pecuniaria maxime inuan- dum.

Consilium Demosthenis & Soranzii.

*Damno maximo Christianum orbem affectum
iri, si Transyluanus cum Turca transigat.*

NEQUE Transyluanus tamen omnes, qui militia nomina dare volunt, quique libenter sub-

ipsius auspiciis militaturi essent in militū numerum recipit, quod ea pecunia vi destituatur, quæ ad soluenda stipendia tam numeroſo exercitui ſufficiat, ſine quibus tamen ſub imperio & disciplina milites teneri non poſſunt, neque ad victum & commeatum prædæ, quæ aguntur, vel ſegetes, quæ ibi proueniunt, ſufficient, belli prælertim tempore, vbi plerumque omnia in peius ruunt. Dico igitur atque concludo, optimum bellii cum Turca gerendi modum Principes Christianos naclos eſſe, vt quiete interim iſpis domi deſidentibus bellum ab ipſorum diſionibus remotum ſit, atque furor iſpis atque potētia infringatur & debilitetur, ſi aures præbere atque obſecundare velint Demosthenis conſilio, quod Atheniensib. dedit, etiā ciues Olynthi Thraciæ vrbis contra Philippum Macedonem auxilia ab iſpis poſcerent. Ego, licet cum ſummo iſto oratore nulla re ſim comparandus, hoc tamen apertere fateria audeo, optimum ad ſalutem communem procurandam conſilium fore, vt prompte iuueni huic animoſo, & audaci pecuniarū copia propiciatur, quod aliqua parte à Pontifice & Hispano iam factum eſt, vt ſcilicet & hi, & alii principes partem theſaurorum, quibus à Deo ditati ſunt, ad eius nominis gloriam & ſalutem omnium propagandam impendant. Nihil enim reperiſi potest, quod proſperos contra hoſtem ſuccellus magis impe- diat, quam pecunia inopia, qua conſiliis pruden- tiſſimiſ ſæpius mōra inferritur. Nihil nunc dicam, quod maiores belli apparatus ſine ea fieri non poſſunt. Reditum suorum partem maximā in ſtipen- dia militum conſerue cogitur. Bipartitum enim habet exercitum, quorum alter in Walachia con- tra

tra Turcas in excubiis eſt, ne quid incommodi illis in locis accipiatur. Alter vero ad Transyluania & Moldauia fines iſpis Moldauis & Tartaris aliisque hoſtibus eſt oppoſitus. Nec iniuria quis vereri poſſit, ne Transyluanus, ſi rebus neceſſariis deſtituatur, quibus ſeſe in eo, quo nunc versatur ſtatu, honeſte ſuſtentare, & bellū viriliter promouere nequeat, conditiones alias vel magis pias, vel quæ iſpius ſecuritati melius conducant initurus ſit, priuſ quam infidieli, & Ethnico alicui principi diſiones ſuas concedat, vel ei ſe ſubmittat. Quod ſi fiat, ſubuereor, ne Christianus orbis maximum inde patiatur detrimentum propter tanti bellatoris, tamque strenui ducis iaſtūram. Cuius rei quādam iam nunc indicia emergerē evidentur. Dixi Cæſarem & Transyluanum commode & honeſte pacem cum Turca inire non poſſe. Nunc vltimo loco ea proponam, quæ Turcae pertimescunt, neſi à noſtris adhibeantur, in maximum iſorum dānum & perničiem redundant.

*XCII. Quantum ſibi à Christianis Principibus
Turcatimeat.*

*Quæ auxilia ad Hungaricum bellum, dux
Mantua, Hetruria, & Pontifex Ro-
manus contulerint.*

*Quid Veneti quondam à Pontifice requi-
ſui, contra ciuſmodi hoſtes facere con-
ſueuerint.*

*Cur defenſores religionis Christianae di-
cantur.*

PRIMV igitur Turcae verentur, ne Italie
Principes tandem aliquando & Cæſarem &

Transylvanianum, vel exercitu vel pecunia iuuare decernant. Vedit nuper Hetruriæ ducem ad illud bellum fratres & nepotes suos in Hungariam mississe; Eundem Transylvano Duces belli & pecuniam suppeditasse. Vedit Pontificem Romanum nepotem suum cum copiis instructissimis eo ablegasse, quorum opera & Strigonii & Vicegradi occupatio facilius contigit, & quod ambos pecunia hactenus iuuarit, quod ipsum continue facturum putat, donec bellum finiatur. Vedit Mantuae Ducem bellum sua præsentia cohonestasse, vnde Turcae animis praepare cœperunt, fore ut ad eius exemplum reliqui quoque Italiae Principes animum ad bellum applacent. De Venetis quoque non parum sibi timet, ne iniuiti tandem arma capere cogantur, vel propter commoda propria, vel ut Pontificis mandatis morem gerant, à quo indies ea de re sollicitatur. Quod etiam sub Leone IX. Nicolao II. Gelasio II. Alexandro II. Calixto II. Clemente III. Honorio III. Nicolao IV. aliisque Pontificibus fecerunt. Vnde propter egregiam natuā operam, non modo summa ab Imperatoribus, & Pontificibus priuilegia obtinuerunt, verum etiam titulo defensorum & propugnatorum religionis Christianæ fuerunt insigniti. Quapropter Turca omni ratione cauet, ne illos sibi infensos reddat, omnibusque illorum postulatis libertissime atque promptissime assentitur.

X C I I I . Causæ, cur Turcae defensuum potius quam offensuum bellum sint gesturi, si Polonus bellum ipsis inferat.

P R A-

PRAETERERA etiam magnopere Turcae mecent, ne Poloniæ rex contra illos se moueat: sciunt illi à Pontifice maximam vim pecunia ad Turicum bellum offerri, cui, qui mediocris & infimæ sunt conditionis homines, in eo regno audiissime inhiant, quod nulla aliaratione gratiam sui regis commodius se acquirere posse putant, vnde que mercedem postea ab ipso accipiant, quam si in bellum ipsum sequantur. Hanc suspicionem auger, quod Hispanus ad regis Poloniæ literas non ita pridem responderit, ad quem prius scribere noluit, propter offensiones nonnullas, quæ in pacis tractatione inter Polonos & Maximilianū Archiducem contigerunt. Nouit quoque Turca, quod defensuum potius, quam offensuum bellum ei gerendum foret, si Poloni serio ipsis bellum inferant, vnde sibi maxima damna atque pericula imminere intelligit, idque propter tres causas.

X C I V . De Moldavia, & quomodo Pontifex, eisque ministri Ieremiam Waiwadam tractare debeant.

QVARVM prima est, quod necessario Moldaviam amittet. Quæ Satrapia à Poloniæ rege non ita pridem Ieremias Waiwodæ fuit concessa, qui à rebus nostris non videtur profrus alienum habere animum. Neq; etiam negligendus est, quod Turcarum machinationes mature explorare, & omnis commeatus copiam exercitui suppeditare poterit. Summa igitur Pontifici eiusue ministris adhibenda erit cura, vt Ieremiam hunc nunquā sibi nō

deuinctum habeant, & solerter proficiant, cuius generis & conditionis homines ad ipsum eiusmodi negotiorum tractandorum causa ablegentur, & quibus verbis ad ipsum literæ exarentur, cum isti homines veri sint Daui & Getæ, quos in fabulis suis introducit Terentius, id est, natura sagacissimi & suspicaces: Honores ipsi quoque exhiberi, & quos ille vel Romam, vel ad nuntios Apostolicos miserit, benevolè excipi consultissimum fuerit. Nam Turca omni ratione eum sibi adiungere studet, vel ut à nobis ipsum diuellat, vel ut eum decipiat, quo artificio Ottomannici sapientissime vni sint. Præstat igitur quantum fieri poterit, amicum ipsum & benevolentiam habere.

XCV. De Cosacchis.

De Ianlo, Suitta & Iano.
De Vosia & Borysthene.

SE C V N D A causa est, quod Cosacchi, maiori cum audacia, & sine metu Turcas sint aggressori, siquidem Polonia regi parent, (quemadmodum Vscocchi Romano Cæsari) & ab ipso præfectū seu generalem accipiunt, cuius imperium milites sequuntur. Tum etiam quod facta ipsis potestate, Vosiam comburere possint, quæ Turcarum propugnaculum est ad Borysthenis ostium sita. Poloniis Occhiacouia, Moldauis vero Dassoua dicta. Nam & Anno 1583. Benderam exulerunt, duce Ianzo Vngaro, qui à Stephano rege ipsis præpositus fuerat. Alia quoque damna sèpius ipsis intulerunt sub Suitta Russo, & comite Iano Basilii ducis Ostrovia filio, aliisque ducibus Polonis. Ipsi insulam

quan-

quandam in Borysthene incolunt, quæ quatuor dierum itinere à Vosia distat, vocaturque Cirches. Fluuius vero ab ipsis Nis, vulgo Neper dicitur. Bombardis & arcu dexterime vruntur, naturæ inclinatione & professione Turcis sunt infensissimi, ideoque eorum plurimi Transylvano vel Michaeli & Ieremia Waiwodis feruunt. Alii Cancellarium Poloniae sequuntur: Alii in Podolia sparsim habitant, omnes tamen Turcas & que atque Tartaros infestis animis atq; armis prosequuntur.

XCVI. Demonstrantur alia rationes, quod bellum Poloniae rex cum maxima utilitate Christiani orbis Turcis inferre queat.

Errores nonnullorum, de Moldavia, Wallachia, Islakia, Moridania, Bogdania, & Carobogdania.

Sinani Bassa postulatum & Cancellarii Poloniae ad idem responsio.

De Dacia Ripensi.

Cur Constantinus à Zofimo fuerit reprehensus.

TERTIA denique & ultima ratio est, quod solidi Poloni iter nobis Constantinopolim versus facilimum reddere & aperire possint, siquidem eo nostris aliquando erit necessario tendendum, modo præclaris quipiam perficere velint. Et si Polonus hosti bellum indicat, Transylvani exercitus transitum per Wallachiam liberiorem habebit. Nisi relicta Wallachia Moldauiam petere velint, iter ipsis foret multo difficilius, tum quod mari nimis sit vicinum, tum etiam quod Bulgariam petenti-

bus retro proficiscendum sit, ut pabulationem faciem habeant, & infaustum Varnæ locum euent. Obiter hic errores nonnullorum detegam, quod non minus gratum, quam utile lectori futurum puto, idque alibi etiam me fecisse memini. Iouiiigitur insignis error est, quod Walachiam & Moldauiam describens, easdem plane confundit, ambiguo Polonorum verbo deceptus. Aliorum non minor est error, qui Walachiam eam prouinciam, quam Vngari Transalpinam minorem nominant, quæ si cum Moldavia conferatur, maior potius dicimerebitur. Hi quoque credunt Walachiam, quam Turcæ Islakiam vocant (sumpta denominatione ab antiquis Flaccis Romanis) iisdem etiam Bogdaniam, & Carabogdaniam dici: siquidem e nomine Turcæ Moldauiam intelligunt, vel quod e genero frumenti, quod Turcicum vel Saracenicum vocant, abundet: vel quod unus è Moldavia Principibus, quibus cum Turcæ bella gesserunt, Bogdano, vel Theodorus seu Adeodatus fuerit appellatus, addito vocabulo Cara, quod nigredinem significat. Moldavia etiam à Dauis primis inhabitatoribus nomen accepit, & à mollitié atque fecunditate glebae & terræ potius, quam à nigredine, vnde falso alicui Mori Dauia vocatur. Sed ut ad Poloniā reuertamur, responsum hic subiicerelubet, quod Cancellarius eius regni Sinano Basæ tributum pro Imperatore poscenti, non ita prius dedit. Ille enim per nuntium quendam Cancellario denuntiabat, ut citra moram tributum, quod prætendebat, solueret, quod si facere renueret, se continuo ipsum à limitibus regni ad mare usque glaciale expulsurum. Huic postulato Cancellarius

cellarius responsum dedit, se videlicet non expeditum, donec Sinan ipsum aggrediatur in patria, sed ubi vim contra se parari intellexerit, se Turcicū territoriū inuasurum, & Danubii littora ab utraq; parte muniturum, ut transitum amplius quo velit progrediendi liberū habeat. Et haec quidem est Dacia illa Ripensis, quæ, ut habet Procopius, à Romanis munita fuit, vnde Zosimus Constantinum grauiter reprehendit, quod propugnacula illa ad Danubium constructa negligeret, quorum vestigia apparent adhuc in Rölcic, Vidimo, Nicopoli, Silistria, & aliis in locis, quæ hodie à Turcis possidentur.

XCVII. Quomodo Mosconite, ut bellum Turcæ inferat, persuadendum fit.

Quomodo Pontifex Romanus à Turcis & Persis vocetur.

De Califa.

Cur Turca Mosconia ducem timeant.

Quomodo Mosconita ad religionem Romanam converti queant.

Quid Legati Mosconitæ Imperatori nostro renunciarint.

TURCICVS Imperator Pontificem Romanum non modo pro capite Principū Christianorum agnoscit, penes quos ea polleat autoritate, ut facile quosquis contra se in bellum protrahere, & firmo fœdere coniugere valeat: verum etiam pro temporali Principe illum habet, propter dominium quod in Italiz aliquot regionibus non infirmi

nominis possideat, eumque Franchbeg, seu principem Italiae, & Rumbeg, seu Romae principem nominat. Persé vero Rumscah dicunt. Halife, vel Chalifa ipsis vocatur, qui supremum locum inter ipsorum sacerdotes obtinet. Veretur igitur Turca, ne Pontifex magni nominis legatum ad Moscum mittat, cuius opera inter eum Principem, & Imperatorem pax sanciatur, vel ipsi saltem persuadeat, vt Tartaros in Vngariâ proficentes transitu prohibeat, quod qua ratione fieri possit, superius demonstrauimus. Abhorrent quoque Turcae à Mosci armis (quem Czar vel Cæsarem Moscouitæ nominant) tum quod subditis suis absolute imperet, & solus sit, qui eam ob rem cum Turcico Imperatore conferri possit, tum quod in recenti adhuc memoria teneant clades, quas sepiissime à Moscis acceperunt Turcae. Maxime vero cum non ita pridem Tana cum Volga fluo coniungere cogitarent, Mosci cum Tartaris Procopensibus maxima clade ipsos affecerunt. Habent enim & Turcici Imperatores commentarios rerum à suis maioribus gestatum. Sed & alia subest causa, cur Turca merito Moscouitam suspectum habeat, ne videlicet de vniione quadam inter ipsum & pontificem in religionis negocio ineunda tractetur, quod sub Adriano VI. Leone X. & Clemente VII. fuerat tentatum, vt Albertus Campensis scribit & Antonius Possevinus Iesuita in libro de Moscouia, quem Gregorius XIII. ad Ioannem Basilidem ducem Moscorum eandem ob caussam misit, occasione sumpta à bello, quod tunc Iohannes cum Stephano rege Poloniae gerebat. Suphicatur etiam, ne Pontifex Moscouitam generali, & caput omnium, qui religionem Gracorum sequun-

sequuntur, constituant, quod si fieret, periculum foret, ne Græci, qui sub Imperio Turcico viuunt, rebellionem excident, ipsique se coniungant. Neque hec res alias difficultates habitura esset, præter summam rerum ignorantiam, quæ passim in Moscouia gravatur, vbi nemini libere conuersari, & Euangelium de Christo prædicare licet. Nostrum erit Deum sollicite precari, vt è tenebris densissimis, quibus adhuc istarum gentium animi obcaecati teneantur, ad clarissimam Euangeli lucem eas vocet, & principi, qui nunc regnat, mentem Basillii illius insipiret, qui opera Iahannis Daniae regis à Julio II. Pontifice petiti, vt ad conciliū legatos mittere sibi liceret. Hanc suspicionem auget, quod Maroniti, qui in Syria Libanum montem incolunt, Pontifici se subiecerint, à Iesuitis ad id persuasi, quorum exemplum & Russiæ Episcopi nonnulli, & ipsorum subditi opera Sigismundi I. regis Poloniæ ante paucos annos secuti sunt, vt Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis scriptum reliquit. Hæc cōuersatio tanto maioris facienda, quod opera & ministerio horum Episcoporum vicini Moscouitæ faciliter ad eandem religionem conuersti poterunt, perque Moscouiam citra magna pericula & immenses sumptus in Asia ad prædicandum Euangelium Christi liber aditus patebit. Denique etiam hoc Mahemetes veretur, ne quoties Cæsar strenue contra Turcas bellum gerat, Moscouita arma quoque capessat, quod eius legati ad Cæsarem cum amplissimis munieribus proxime missi vltro obtulerunt.

ne Tartari Turco auxilium ferant.

*Cur haec tenuis minori, quam fieri abant
Turca, numero comparuerint?*

*Alipe Han tractatio cum ministris
Pontificis.*

Cur Vlseghe Han ab Amurathe offensus fuerit.

*Lites inter Alipe Han, & eius fratrem
Harach.*

T A R T A R O S quod attinet, tum qui liberi sunt, tum qui Tartaro Gymæ parent, de iis quoque Turcicus Imperator subueretur, ne Pontifex legatos, qui autoritate & iudicio valeant, ad eos mittat, & præcipios eorum duces pecunia corrumpat, ne in ipsius gratiam in bellum proficiscantur, quod in Heluetia sapienter cum fructu tentatum & machinatum fuit. Qua in re Pontificis nomena perte publicare & profiteri expedit. Siquidem Tartari de ipsius thesauris, & autoritate maxima quævis sibi pollicentur, eo que faciliter ipsi gratum facturi sunt. Quos etiam à Cæsare & Transylvano pecunia corruptos fuisse Turcae suspicantur, quod ea multitudine in Hungaria non comparuerint, quam promiserant. Scio etiam quosdam nostrorum, fidem huic famæ dedisse, sed deceptos fuisse inde constat, quod Alip Han cum nuncio Pontificis tractarit, ut contra fratrem Hirach ipsi auxilium impetraret, quo in tranquillo rerum suarum statu permanere possit. Cum igitur domi negocium ei crearetur copiosum exercitum extra regnum mittere non voluit. Alii huius rei causam eo referunt,

quod

quod Tartari ab Amurathe grauiter offensi fuerint, in pacis tractatione cum Persa inita, quam nunquam illi fieri volebant, priusquam tantum territorii Persæ ademissaerent, quo libere è sua regione Mechanus usque contendere possint, ne Turcas ditiones attingere cogantur, sed horum error in eo deprehendi potest, quod non Tartari Gymæ, sed illi, qui Vlseghe Han obediunt, grauissime ab Amurathe fuerint offensi, non propter causam modo dictam, quod Turcas ditiones necessario transire cogantur, qui ex Tartaris Mechanus tendunt, et si totum Persiæ regnum sibi subiecissent, sed quod in ea pace ab Amurathe nulla ipsorum ratio habita, sed maximo cum suo detrimento neglecti fuissent. Minus vera adhuc fuit ratio, quam absentia suæ ipsius Tartari apud Turcas prætexerunt, quasi à Moscouita impediti, & retardati fuissent. Constat enim inter ambos illos fratres mutua exorta fuisse odia & contentiones. Alipe Han regnum auitum conseruare, Hirach eum inde pellere conatus est, unde tota illa regio tumultibus & factionibus repleta & agitata fuit, ad quam defendendam pars viraque, quas potuit, vires collegit. Alipe quidem et si rebus ille præsit, non omnibus tamen Tartaris imperat. Neque Hirachi imperium alii, quam quorum ipse in hoc bello dux est, agnoscent. Quem et si quidam putant fore, ut de fratre, triumphet, quod Mahometes leuere omnibus edixerit, ut huic soli obediant, & pro rege agnoscant, ipsumque in bello sequantur: attamen qui in rebus Tartarorum melius sunt verlati, eosque exactius norunt, contrarium statuunt, non modo quod etiam inter Barbaros illos ius naturæ valeat, & obseruetur, sed po-

tius quod Hirach à suis parum ametur; siquidem auarus, & neque iudicio, neque fortitudine prædictus sit. Ultimo loco etiā hoc Turca videtur timere, ne scilicet Pontifex & Hispanus terra marique eius ditiones ad seditiones irritent, ut ea ratione precipuas ipsius machinationes inuertant, atque in nihilum redigant. Quod cum plurimis modis fieri possit, opere precium me facturum puto, si quod res est breuiter indicauero.

XCIX. Turca veretur, ne ad seditiones ipsius subditi concitentur.

Quibus modis & qua prætextu vti debeant, qui ad hoc negotium perficiendum a Christianis Principibus emituntur.

PRIMVM Christiani Principes, & inter hos Pontifex præcipue, varias in regiones Turca subiectas ministros emittere poterunt. Quibus vt maior habeatur in excitanda rebellione fides, intelligenti erunt, qui originem ex ea, ad quam mittuntur, regione trahunt. In primis vero decet, vt linguae sint periti, quo ipsi intelligent alios, & ab aliis ipsi quoque intelligentur: vt iudicio valeant, præcipue vero ne pecunia ipsi desit, qua principes populorum, cum quibus tractant corrumperet posint: Potentioribus vero remunerationem amplam & splendidam promittendi potestatem habeat. Tandem vt eo facilius in regiones illas admittantur, neque cito expellantur, conuenit, vt omnes suas actiones religionis prætextu tegant: Non vt serpentes sub herba abscondant, quemadmodum peruersi

versi Politici solent, sed vt semen verbi diuini inter spinas errorum densissimas spargant: Eo vtentes prætextu, quasi Ecclesias in Tartaria, vel Circassia, Bulgaria, Walachia, Moldauia aut Græcia restaurare velint. Præterea cum territorium Turcicum, illud in primis quod in Europa possidet, partim à Turcis naturalibus, partim qui Christianam fidem eiurarunt, partim à Christianis incolatur, non abs re Mahemetes veretur, ne aliquando seditio inter ipsos oriatur: In primis vero si exercitus ipsius à Christianis in fugam verteretur, vel præcipui quidam ipsorum duces ere corruptantur, vnde rebellioni generalis existere facilime possit, cum maximo ipsius damno, ne dicam interitū. Quo stratagemate Cæsarem quondam Iubam deuiciisse legimus. Ut vero melius intelligentur, quæ de rebellione excitanda diximus, conuenit, vt qui sint illi populi, quos modo nominauimus, amplius expliceamus.

C. De Turcis naturalibus, quare animis exultantis sint.

TURCI naturales, seu qui è priscis istis Turcarum gentib. originem trahunt, etiā ingenii bonitate iis, qui fidem Christianam eiurarunt, præstent, pessime tamen contenti sunt, vt exigua opera ad rebellionem excitari possint, si eius rei ducem opportunum nanciserentur. Causa irarum inde procedit, quod omnia militaria officia, in quibus & honores & diuitiae in illo Imperio positæ sunt, inter Renegatos distribuuntur, paucissimis exceptis, quibus ex singulari gratia, vel Sultanarum fi-

liis aliqua conceduntur. Inde euenit, vt nihil magis honestum inter omnes, qui se Musulmannos volunt, reperiatur, quam Imperatoris mancipium vocari, nihilque infamius sit, quam Turcæ adpellatio, quæ rusticum denotat, quemadmodum Græci sub voce Nomachis, eum qui in Numidia natus erat, & rusticum intelligebant: hinc Strabo Scythes Nomades vocat. Vnde non incommodo modernus quodam scriptor animaduertit, eundem morem apud Turcas obseruari, quem Itali habent, vbi in suis Comœdiis Zanos introducunt, qui rustici sunt Bergomates: sic illi in suis fabulis Turcam habent, sub quo hominem rudem, incultum & rusticum representant. Alii vocem hanc ab Hebræis deriuant, qua exulem significari volunt, propter easdem rationes, ob quas Tartari se nominant reliquias, qua de re vide superius.

C I. De Turcis qui fidem Christianam eiurarunt.

SI Turcæ, qui fidem Christianam eiurarunt, ea gratia à Deo illuminarentur, vt recognoscere possent quam præstans & singulare bonum amiserint, non est dubium, quin statim rebellionem excitarent, & Turicum Imperium protinus subuerterent, siquidem penes hoc solum & autoritas & diuitiae, quas & fides & obedientia subditorum necessario sequitur, sed cum ingenii corruptissimis prædicti sint, ipsisque liberum sit in omni ferocia ac licentia plusquam belluina vitam agere, atque absolutam quiduis agendi & designandi potestate habe-

habeant, malunt hac infami libertate gaudere, quam rebus nouis studere.

C II. Quomodo Christiani à Turcis vocentur.

De Gracis, Armenis, Georgianis, Jacobitis, Aethiopibus & aliis.

Judicium Solymanni de Hæreticis.

Rebellio in regione Plana sub Gordano Wainoda.

CHRIStIANI à Turcis Chiauri, id est gentiles & iufideles dicuntur, idque propter multitudinem rituum variorum, & diuersorum quos precipue ii, qui in Imperio Turcico viuunt, obseruare solent. Miseri enim cum ignorent vnam esse Ecclesiam, vnam Baptisma, atque vnicam fidem, Græcorum alii; Latinorum ceremonias habent. Sed de his qui à Græcorum religione descierunt, vt sunt Georgiani, Armenii, Aethiopes, Jacobitiæ, atque alii, qui sub Turcico Imperio, in Asia, Africa, & Europa habitant, dicere supersedeo, quod alii ante me prolixius de iisdem scriperint. Tum etiam quod res sit difficilima, vt hi propter ipsorum diuersos mores, & longinquitatem regionum ad concitandam rebellionem instigari possint, vnde Turcico Imperio aliquid damni creari possit. Etiam hæreticos omitto, qui è variis prouinciis in Turciam se contulerunt, vt maiori libertate fruerentur, & venena sua spargere possint, siquidem & Turcæ eos detestantur & abhorrent, quod turbatores sint publicæ tranquillitatis, quemadmodum Solymannus ad reginam viduam Transyluanæ olim perscripsit: Et hi parum aut nihil ad præsentem rem, quam tractamus conferre queant. De

Istantum Græcis dicam, qui nostro proposito con-
ducunt, nulla religionis habita ratione, quid de iis
sperare possimus, quod rebellionem in regno Tur-
cico promouere velint, ostendam. Græci itaque na-
turæ quodam stimulo imperii cupidi, nouitatis
procul dubio sunt audissimi, siquidem præter mo-
dum à Turcis omni crudelitatis genere premun-
tur, rebellionem non inuiti amplectuntur, qua spe-
rant, tanquam ultimo remedio se iugum immanis-
simæ huius tyrannidis & seruitutis excutere posse.
Maxime vero seditioni studere videntur, qui Pe-
loponnesum & Thessaliam, aliasque regiones ad
mare sitas incolunt, quod auxiliis peregrinis facile
illis subsidio vesiri possit. Sed hos omnino hoc
studio superant Seruiani, qui ab Albaniae monti-
bus ad Danubium usque habitant. Inter hos variis
nominibus adpellantur, qui Dardaniam incolunt,
videlicet, Piperi, Cucci, Clementes, Bellopaligi, &
alii in regione Plana. Inter hos multi Albani more
Romano vivunt, neque adhuc sub iugum plane
Turicum missi sunt, quod loca inunita, & præci-
pitia montium habitent, ipsi vero natura ferocissima
prædicti sunt. Huius rei illustre nō ita pridem edide-
runt specimen, tyrannidi Turcicæ subtrahere sese
volentés. Cū enim fama ad ipsos manasset, Mahe-
metem ad Agriam victimum & cæsum fuisse, rebella-
runt, & arreptis armis Turcarum, quos in suis re-
gionibus reperiebant, maximam ediderunt stra-
gem, duce Gardano Waiuoda, atque ulterius pro-
gressi fuisse, nisi contrarium mox intellexissent.
Pessime igitur contenti latibula sua & montes re-
petierunt.

CIII. Cau-

CIII. Cautele quedam in seditionibus mouendis obseruanda.

Cur Turca Abyssinorum regi fere totam provinciam Barnacassi eripuerit.

Quomodo Chimeriotæ, & alii à Turcis fuerint puniti.

De Clissa & cur Murlacchi contra Lencovicium pugnarint.

SED hæc res inulta non mansit, siquidem à mi-
nistris Turcicis seuerissime fuerunt castigati,
vnde non modo magis perterriti, sed etiam grauior-
ibus suppliciis continuo oppressi: Duces quidem
capite plexi, reliqui filii orbat, alii occisi, & quod
supererat facultatum & pecuniarum, exiguum licet,
omne tamen ipsis ademptum fuit. Hinc adparet
verissime Ioannem Boterum in Africæ descriptio-
ne, & Antonium Brunum in tractatu de Begler-
begato Græciæ scripsisse difficilimū esse tale quip-
piam tentare, nisi adfint vires ad continuandum,
& modi ad producendam rem ad felicem exitum:
alias enim crabrones, vt habet prouerbium, exci-
tantur, hostes irritantur, & enses ipsis ad feriendum
in manus traduntur, atque adeo ipsis autoribus no-
centissima, qui eos sequuntur periculosisque
omniis eiusmodi actio esse solet, maxime vero si o-
mnia, quæ occurtere possunt, non recte conside-
rentur, vel consulantur, aut iusto & opportuno
tempore incipientur. Quod quam verum sit in A-
bbyssinorum rege non ita pridem vidimus, cui Tur-
ca fere totam Barnagassi regionem ademit, quod
Lusitanis faciliorem in mare rubrum aditum con-
cessisset, ab eiusque ministris naues Lusitanorum

recepit, & omnire necessaria contra Turcas adiuta fuisse. Ab eo tempore Arabes munierunt, & occluserunt suos portus, qui antea omnibus pertebant. Idem quoque Chimeriotæ, quorum superius memini, experti sunt. Ab Athanasio enim Lichnidensi (hodie Ochrida dicitur) Episcopo persuasi rebellarunt cum sperarent ab Imperatore (cū quo Athanasius se consiprasse dicebat) & Hispano auxilia sibi missum iri, tandem multis suis damnis, & conditionibus durissimis Turcæ reconciliati sunt. Nec dissimile accidit nostro tempore Ducatis ipsorum viciis, qui à Perti Bassa cum Sangiachaturi Deluini adhuc præsset, pessime tractati, tandem in Neriho fuerunt transportati, & vt alia antiquiora omittam, etiam ea quæ Coronæ, & Castelnoui sub Caroli V. imperio contigerunt, quæ in Cliffæ occupatione non ita pridem facta sunt, consideremus. Nam donec Cæsariani in arce illa occupanda sibi affuturos Murlachos credebat fortiter sese gesserunt, licet pauci numero fuerint. Verū illi conjecta ea paucitate militum, quorum copiam multo maiore sibi polliciti fuerant, & montibus in subdium Turcarum progressi, ipsummē Lencouicium Cæsarianorum Ducem aggressi sunt, & in fugam compulerunt, palam profitentes se Turcico Imperatori fidem debitam seruaturos.

CIV. De Latinis exteris.

*Cur Amurathes Christianos q. Constantinopoli morantur occidere voluerit.
De Caffalucchis.*

Quomodo bellum ciuale in Turcia excitandum.

Quo-

*Quomodo varii libri & scripta in Turciā
spargi possint, qui Turcis errores, in quibus
harent, detegant.*

De Sophilariis & Erdenil.

*Confessio & mors notabilis anlici cuiusdam
iunuenis.*

*Laudantur illi principes qui eiusmodi libros
imprimicurant.*

SE vt ad eas gentes reuertar, quæ in Turcia habitant, supereft, vt de Latinis aliquid dicamus. quorum aliqui tantum peregrini eas regiones frequentant, alii continue ibi morantur. Illi mercaturam, vel suo, vel aliorum nomine exercent, & parum Turcis officere poterunt, cum neque ducem habeant, neque arma, & pacissimi sint, atque hinc inde per regiones sparsi. Quidam Latinos, qui Constantinopoli viuunt cum aliis Christianis, ritibus tamen differentes coniungunt, eosque putant maximam atque Turcis pernicioſiſſimam seditionem machinari posse. Siquidem in ea vrbe maior ipſorum copia, quam Cairi, Aleppi, vel Ecbaranæ, quæ Tauris hodie, aut quauis alia vrbe reperiatur. Pera tamen coniuncta, quæ fere à falsis Christianis incolitur, paucis Caffalucchis seu Theodosianis, qui è Caffa, seu Theodosia à Mahemete eo deducti fuerunt, exceptis. Quare tanto facilius propter vicinitatem, & armis sibi prospicere posse viidentur, quibus Turcæ diligentissime Christianos spoliare solent, vt rebus suis tanto melius cōſulant. Hinc regnante Amurathe, qui proxime mortem obiit, factum est, quod qui tunc Constantinopoli fuerunt Christiani vitæ periculum adierint, accusati videlicet, quodin aliquas yrbis plateas ignem

immississent, quo flagitiis genere falso quondam sub Nerone Christiani quoque incusati fuerunt. Iusseratigitur Amurathes, ut passim nullo habito personæ respectu in frusta eos dissecarent Janizari. Sed horum Aga Turcico Imperatori quantum periculum propter eorum multitudinem sententia huius executio adlatura esset, demonstravit, tum etiam quod tributa imminuerentur, & ius gentium violaretur. In Christianorum ergo vicem mulieres quædam Hebreæ, quæ Amurathi hoc consilium dederant, occisæ fuerunt. Alii putant præter Turcarum suspicionem, ministros quosdam sub negationis prætextu in ditionibus Turcicis, Constantiopolis vero in primis, constitui posse, quidonis liberaliter alios corrumpant, aliorum ambitionem foueant, vel iras & inimicitias inter præcipuos Bassas excitant, & ciuale bellum accendant. Quod non ita pridem facilime eueniere potuisset, si quis sedulo æmulationes & inimicitias Bassarum fousset promouissetq; Ferati videlicet & Hibraini, Pirri & Mustafæ, & Mehemetis, atque ultime defunctorum Siniani & Ferati; vel illas etiam, quæ adhuc inter Cicalâ & Hibraïmum viuentes gliscunt. Sed hoc negotium Principis potentis diuitias requirit, & ministros qui iudicio & prudentia valent. Minus vero difficultatis hæc res habitura esset, si plures fratres eodem tempore ad imperii culmen aspirarent, quod sub Mahemetis, Baiazetis & Solymanni filiis euenit, vel si naturali & legitimo herede Imperium hoc destitueretur. Et cum duobus modis hominis voluntas, eo quo volumus, pertrahi possit, vel vi coacta vel rationibus persuasa: nonnulli putant, rebellionem in Turcico imperio non solum modis

supra

supra dictis excitari posse, verum etiam si Turcis, qui fidem Christianam eiurarunt, & Iauizaris in primis, partim ipsorum ortum, & nativitatem, atque etiam Baptismum, quo fuerunt initiati, ante oculos quis poneret, partim vero nugas & fabulas Alcorani à Cardinale Cusano, & aliis descriptas ostenderet, multo tamen commodius libri ea de re lingua Sclauonica & Arabica conscripti illud efficiant, quod Iohannes Andreas Maurus, & Alfaccius ex vrbe Sciatiuæ ortus fecerunt. Qui Sclauonica lingua scripti erunt, in Europa spargantur: Qui vero Arabica, ab Indis Mozambiquam Africæ ditionem usque, vel Zofalam & Quiloen Asiae provincias, vel in Moluccas, in Couien, Goa, Dium, Ormuz, & alias vrbes, quas Turcarū mercatores frequentant: vel in Oran aut Arzila, aliaque loca Hispanis subiecta, vel denique per loca Ethnicorum amicorum, & confederatorum, videlicet Calicut, Zeilam, Cambaia ad Turcas deferantur, quin & in omnes Europæ partes, quæ Turcas attingunt; quo in noticiam ipsorum perueniant. Quod si forte libri eiusmodi penes Turcas eundem effectum, quæ apud nos, qui rerum nouarum sumus cupidi, non habeant, quod ab iis Turcæ magis abhorre videantur, quam nos, qui iis curiose studeimus: magnitamen alicuius boni occasionem aliquando præbere poterunt, si quis potens nouæ cuiusdam factæ autor existat, qui maxima copia asseclas vindicaque sibi conciliet, quod in Germania, Anglia & Gallia contigisse nouimus, atque adeo inter ipsos Turcas in Africa, & in Persia inter Sophilarios, qui Ali sectam, qui quartus Maumeris prophetæ socius numeratur, sunt amplèxi, quæ postea ab Erdeuil fuit

renouata, quem Iouius Arduelem vocat, eumque patrem Ismaelis, cui Sophic cognomen fuit, constituit. Nec silentio mihi prætereundum, quod non ita pridem sub Amurathe Constantinopoli contigit, quo regnante quidam ex iuuenibus, qui in Se-
ratio enutriuntur, occasione legendæ sacræ scri-
pturæ nactus, errorem quo irretitus tenebatur, in-
spirante gratia diuina, agnouit, & in conspectum Amurathis perductus, ei aperte in faciem dixit, si damnationem æternam euitare velit, vt impiam superstitionem Mahemetis abiiceret, & contritus toto corde Iesu Christi fidem amplectetur. Cum
que propter hanc loquendi alacritatē, & audaciam, tanquam enorme scelus condemnatus esset, vt vi-
uus palo ferreo transfigeretur publice, tam auda-
cter eandem vocem ad populum protulit, ut com-
plures permoti, & diuino spiritu incensi indignissime eius mortem tulerint, iraque commoti ver-
bis iniuriosis & minis Amurathem fuerint insecuri,
quod nisi Ianzari ad primum statim plebis impe-
rū præsto fuissent, eumq; cohibusse dubio pro-
cul seditio periculosissima in ea vrbe cōsecuta fuisset. Maxima igitur laude Hetruriæ ducem dignissimum iudicamus, quod plurimos libros viles &
bonos literis Arabicis imprimi curat, qui in Africa & alibi disseminentur. Quæ res etsi non ita pri-
dē ab Antonio de Flores Neapolitano opera Sirifi fuit impedita, futurum tamen, vt effectum aliquan-
do sortiatur, quem Gregorius XIII. & qui nunc viuit Pontifex, aliquie boni sapissime exoptarunt, speramus.

CV. De

CV. De Albanis & Latinis, qui in regionibus Turcicis viuunt.

De Ducaginis, Preferemo, Giustendil, & duabus Justinianis.

SE o cum inter Christianos, qui in Turcico Im-
perio continuum habent domicilium, maxima
Albanorum copia sit, de iis aliquanto prolixius
mihi dicendum erit. Albani nonnulli Latinorum,
alii Græcorum ritus obseruant, non modo Alba-
ni incolunt, quæ ab occasu Olchinio vrbe (vel
Dulcigno) & Labeatide palude, seu Lago di Scutari
finitur, ab ortu vero Bastia, quæ Corcyra in insula op-
posita est, sed etiam in aliis Peloponnesi, & Graciæ
locis habitant, quo vel belli occasione, vel ab Imper-
atoribus Orientalibus seditionum cauendarum
causa transportati fuerunt.

De Albanis, qui Latinorum religionem se-
quuntur, scribit Bruni ipsorum compatriota in tra-
ctatu superius allegato, eos optime armis instru-
ctos, & fide sincera Christianam fidem seruare, sem-
per strenuissimi ab omnibus habiti, & propter con-
tinuos ipsorum motus Turcæ pessime sibi ab ipsis
timent. Propter causas enim quasvis minimas tu-
multuantur, non modo qui in planitatibus, verum
etiam qui in montibus habitant, qui tamen inuiti
postea ad officium redire, animosque submittere
coguntur, cum soli Turcis resistere non valcant,
minusque etiam Christianis vicinis, à quibus plus
sapienti damni patientur, propter continuas de-
prædationes, quam à Turca assimilatione fidelitatis. Sangiachi quoque sapienti ipsis rebellandi oc-
casione præbent, vel ut prædas ex ipsorum dirio-

ne agant, vel se se vlciscantur, aut iustum causam domini manendi habeant, ne in bellum proficiisci cogantur: eumque in finem Sangiachus, qui in Ducaginis residet, nunquam inde se commouet, sicut & Angeli Castri praeceptor, eo praetextu, ut domi regionem à Christianorum incursionibus saluam conseruet. Ducaginenses in monte Scardo habitant, qui ad confinia Perenopolis (hodie Preseremo dicitur) in Dardania positus est. Hæc vrbis ad Albanie limites sita, maiori ex parte Albanis, quam Seruanis inhabitatur. Errant igitur, qui hanc cum Guistendil eandem esse putant, quod trium iterum itinere hæc inuicem distent, in eadē licet provincia sitæ. Errant quoque qui Guistendil primam, non vero secundam Iustinianam esse putant, quique Preseremo, vel Guistendil Iustiniani patriam statuant, quem Lychnidensem Iustinianæ primæ, quæ hodie Ocrida vocatur, natum esse, multis argumentis probari potest. Qui à via regia & tritalongius habitant, eos montium asperitas tuctur, quo minus tributa soluere cogantur. Mons vero, quem incolunt, Niger dicitur, quo nomine plurimi alii in Turcia nominantur. Albania, qua parte ad mare Adriaticum vergit, altissimis montibus clauditur. In mediterraneo plane & multis atque maximis flaviis irrigua, quibus pedites impediuntur, quo minus se, cum volunt, cum reliquis Christianis, qui ibi habitant, coniungere possint, equites non tenent, neque rationem pontium confruendorum, loca munitiora in Turcarum manibus sunt, à quibus nullo firmo praesidio custodiuntur. Quod (inquit Brunius) ideo dicere libuit, ut opinionem eorum refellamus, qui hasce gentes sine extero-

rum subfido egregii quippiam præstare posse contra Turcas existimat, qui que putant illis famam Italici vel Hispani auxiliū, vexillo tantum sublato ad seditionem mouendam sufficere, quemadmodum Ludouici Mediolanensium Ducis legatus Carolo V III. Gallia regi demonstrarat. Utinam hæc aliquando eveniant, sed absque miserorum istorum damno & periculo, neue opportunitas in posterum quippiam efficiendi inde omittatur. Et hæc quidem de Turcis naturalibus, Renegatis seu Apostatis, Græcis, & Latinis qui in Turcia commorantur, dicta sufficiant.

CVI. Quomodo Turcarum loca maritima occipi possint.

VLTI MO denique loco Turcicus Imperator veretur ne Hispani nates, quas in regno Neapolis, in Sicilia & Genua in statione habent, cum Pontificis, Melitensis, Florentia & Sabaudia Ducū nauibus coniungantur, quæ cladem hædum contemnientiam efficerent, quæ ex improviso secundo vento spirante, vel Castellum nouum, vel Velonani vel alia Albaniæ loca aggrediantur, & occupent. Quod si Venetæ Reipublicæ hac in re parcerent, quæ imperium maris Adriatici sibi vendicat, propter rationes, quas recenset Hieronymus Bardus, Peloponnesum inuadere, vel Dardanellos (qui sunt Sestus & Abydus) vel alium quempiam magni momenti locum eius imperii adoriri possent. Quod equidem diligentissime ponderari de-

bet, ideoque in gratiam benevoli lectoris, qui forsitan situs, & munitionum horum locorum perfectam cognitionem non habet, speciatim quid dicam, ut quinam commodissime oppugnari, & qua ratione facilime expugnari possint intelligatur.

CVII. De Castelmono, & propugnaculo Varbagno, quod a Soranzio fuit eversum.

CA S T E L N O V V M in Ascruiii canali, qui chodie di Catharo dicitur, situm est, huius ingressum angustia quedam ostii difficilem reddunt, vbi nō ita pridem à Iacobo Soranzio, Venetæ classis imperatore (Proueditorem ipsi vocant) propugnaculum Varbagno, quod Turcæ edificaran, eversum fuit. Ad hunc locum expugnandum cuniculis res agenda esset: sed è regione finitima facile hostibus subsidio veniri potest. Ab Hispanis quondam occupatū fuit, sed contra furem Barbarossa diu illud retinere nequierunt: magnam tamen apud Turcas laudem (vt ex ipsorum annalibus patet) sunt consecuti.

CVIII. De Velona & promontorio Sanctæ Mariæ.

VE L O N A quondam Aulon nauale dicta, in Albania ad extremitatem maris Adriatici sita est è regione Apuliæ promontorii S. Maria, quod olim lapygium dicebatur & 60. milliaribus Ita-

Italicis Hydrunto distat. Portum triremium capaccum omnino non habet, nisi ad tria millaria proarma. Introitus defenditur paludibus, stagnis, & salinis. Propugnaculum non est adeo bene munitione, ad illud tamen occupandum duo prius castella è medio tollenda esent, alterum in planicie positum oppido fere contiguum, opera Pignatelli Neapolitani exulis constructum: alterum in alto situ, millarii unico ab urbe distat, Canina vocatur, à Turciis incolitur, Christianis inde propter suspicionem pulsis.

CIX. De Albania.

AL B A N I A reliqua loca, quæ occupanda forent, vel in mediterraneo sita sunt, vel ad mare, quæ tamen portus non habent. Regionis incolae maiorum virtute plurimum degenerarunt. Quilicet quondam fortissimi contra Turcas extiterint, maximie vero sub Georgio Castriota, seu Scanderbeg, idem tamen nostro tempore praestare non possunt, quod non modo hostis domi ipsis imparet, sed sere nunquam ab ipsorum latere discedat, quod tunc temporis aliter se habeat. Hodie etiam ad exiguum redacti sunt, & ducem non habent qui fortis, prudens, & rerum Turcicarum sit peritus, locorum regionis gnarus, & ab incolis pariter atque militibus ametur.

CX. De Dulcigno & Scutare.

VRBS Dulcigno, quondam Olchinium, seu Colchinium vocata, classe oppugnari potest. Nam licet portum non habeat, tempore tamen minus tempestuoso milites ad plana littorum nauibus actis exponi possunt. Sicut ratione fortissima est, sed maiori ex parte vi terrae motus concidit. Igitur si occupatam nobis reseruare relleimus, nouis pro-pugnaculis munienda esset. Hanc Scodra sequetur, quæ Scutari hodie dicitur, arte &c. natura munifica: tam negligenter vero custoditur à Turcis, vt tempore nocturno ex improviso facile quis eam ingredi possit.

CXI. De Dyrrachio.

DVRASSO vel Dyrrachium in planicie sita, non est adeo firma, sed tamen omnium commodissima foret, vnde in hiostem excursiones vi-liter fieri possent, quod Italæ sit propinqua, & in medio Illyrico sita, sed periculo tamen valde obnoxia circumfessionis hostilis.

CXII. De Morea, seu Peloponneso; & de optimâ cum Turca belligrandatione.

GRATORIBVS damnis Turcæ affice-
rentur, si Peloponnesum, vel Moream quis armata manu inuaderet, quod ea regio in umbili-co fere Turcici Imperii, quod est in Europâ, posita sit, at-

fit, atque adeo bellum in Turciam ipsam transfer-
retur, quem omnium optimum belligerandi mo-
dum veterum Duces præstantissimi iudicarunt, quo
Cyrus, Cæsar, Hannibal, alii,; cum maximo com-
modo, & emolumento rerum suarum vñs sunt, qui-
quid sane alii recentiores contra dicant. Inde quo-
que futurum, vt Classis Turcica domi detineretur.
ne nostris molesta esset.

CXIII. Thessalonia capta, quomodo Turcis no- ceri posset.

DE NIQVE Thessalonice, quæ Salonicchi di-
citur, occupatio multis sane nominibus rebus
nostris conduceret, siquidem in ea virbe copie ex-
ponerentur, quæ facilime inde ad reliqua loca,
quæ ad viam Constantinopolitanam constituta sunt,
deduci possint, & præcluderetur dicta via Græcis,
quemadmodum Romani quondam fecerunt, &
Alarius Gotorum rex, qui postea cum solis tri-
ginta millibus armatorum ipsos in potestatem re-
degit Romanos. Huc conduceret, si eodem tem-
poris momento Polonus & Transylvanianus arma ca-
perent, & superato Danubio Bulgariam deuasta-
rent, crebrisque excursionibus Constantinopo-
lim vñque penetrarent.

CXIV. Observationes quadam, ad execu- tionem superiorum consiliorum perti- nentes.

Conſilium Aytonis Armenii.

Modus legitimus & verus, quo ratiōne magna in effectum facile mandari, & inimicorum arcana reſciri poſſant, ex ſacris literis p. titus.

Cur Principes eorum ſepiuſ consilia ſequantur, qui minus ſunt prudenti & rerum periti.

VERVM, quo commodiſ omnia, quae in hoc libro consilia de Turciſ oppugnandi in me- dium fuere allata, in effectum ponantur, vnicum & præcipuum hoc principiibus noſtriſ obſeruandum erit, vt clam omnia & ſecreto agant. Huc facit Ay- tonis Armenii Monachi digna vox, quam traſta- tuſ ſuo de viſitatione terra ſanctæ inferuit: Vni- cum dicit neceſſarium mihi commemorandum eſt, vt videlicet Christiani, quanto poſſunt ſecretiua omnia ſua conſilia traſtent, ne illa cum animi deli- berationib⁹, hostiib⁹ innotefcant. Qua in re- cuim annis præteriti Christiani peccaverint, multa mala perpeſſi ſunt. Hostes vero plurima pericula e- uitarunt. Hinc Christiani impediti fuere, quo minus animi iſporum deſideria feliciter cefſerint: cuius rei, vt omissis Ethnicis exempliſ, ſacra traſte- rimus, Iuditham legimus, vbi Holofernem occide- re pio & generoſo iſtinctu ſibi proponuiſſet, quo Bethuliam urbem ab obſidione liberaret, non modo conſilia ſua nemini communicare voluiſ- ſe, verum etiam iſiſmet ſacerdotibus in hac ver- ba respondiffe: Vos nolo ut ſcrutemini actum

meum

meum, & uisque dum renunciem vobis, nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad Dominum Deum noſtrum. Huius viduae fidem, & deuotionem ſi noſtriſ temporibus principes ſequentur, & imitarentur, non opus forer, vt de euentu felici ſuorum conſiliorum dubitarent, vel anxie & curioſe in hostiū arcana inquiererent. Deus e- nim, qui nunquam eos defecit, qui pro cius ſan- ctissimi nominis gloria pugnant, rationes optimas nouit, ſeruis ſuis hostiū ſecreta manifeſtandi. Cuius rei exemplum in Eliſeo habemus, cui diuinitus omnia ea, qua Syriæ rex nemini, quam intimis ſuis nota eſſe volebat, fuere de- recta.

Inſuper quoque neceſſario requiritur, vt claf- ſis Christiana certis quibusdam hominibus instru- etā ſit, qui locorum, in quibus belligerandum eſt, ſint peritiffimi, ne idem euueniat, quod Melitensi- bus equitibus, qui in occupanda Modone ſpe ſua fruſtrati fuerunt, quod necluerunt, poſt primum urbis ingressum, pontem iſpis eſſe tranſeundum. Eiusmodi homines linguaſ noſſe, iudicio, fide & autoritate valere conuenit, in primis vero ut Rei- publicæ Christianæ ſalutis ſint ſtudioſi, quorum nonnulli hodie reperiuntur, quibus executio re- rum maximarum tuto concredi poſſit, ſi Principes eorum opera vti vellet.

Papa Iulius II. Conſtantinum Cominianum hac de cauſa conduxerat. Pius V. Olchinio euoca- rat fratrem Casparum Brunium, Commendato- rem Hierofolymitanum, cuius opera bello mariti- mo contra Turcas & aliis rebus maximi momen-

ti usus est. Sed in hoc sepius Principes nostros deceptos vidimus, quod munia eiusmodi hominibus ineptissimis commiserint, vel ex gratia quadam ea indignis elargiti sint; vel qui sumptus minores ad bellum conficiendum postularint, ut eo praetextu sua ambitioni, vel auaritiae satisfacerent, ea nacti fuerint. Interim tamen detrimenta accipiunt Principes, & qui ipsorum causam promouere nituntur.

C X V. De Dardanellis, & quomodo Turca bello maritimo aggrediendi.

Quo spacio Dardanelli a se inuicem, & Gallipoli atque Constantinopoli difcent.

IN summa veretur Turca, ne classis Hispanica, Iunio mense, Cæcia vento spirante, soluat; sed posthabitum Patris seu Pattrasso, quam superiori anno vastatam depraedata est: posthabita itidem Alexandria, quam tentare, non ita pridem voluisse visa est: Africa etiam, quo clasi isti facilis patet aditus, aliisque locis extra vel intra mare Adriaticū, relictis, quæ nominare in præsentim huius religio est, ne quædam arcana & Historicis indicta perme detegantur, quæque tentati (quis scit?) aliquando possent, felicissimo evenitu, ex improviso castella Dardanellos, qui sunt Sestrus & Abydus, aggrediantur. Hæc antem cœrium siue primorum instar minorum ptimum in Turcæ regiam aditum præbent, ideoque à Mahemet II. post Constantinopolis

tinopolis expugnationem egregie munita fuere. Cæcia igitur flante, paucissimis diebus eo pertinere potest, secura ab hostium classe, si per sinum Lanciatum cursum dirigat: Quod si forte continget, ut nostræ in Turcicarum nauium quæ in portubus in statione sunt, cōspectum venirent, eas tamen pro Turcicis, atque adeo amicis habituræ essent. Non igitur prius expeditio hæc suscipienda, quam Classem Turcicam portu soluisse certo constet. Non autem hoc dico, Dardanellis captis ipsam met Constantinopolim exiguo labore & tempore oppugnari posse, ut quidam scribere ausi sunt: sed tantum, tamque immensum in ea vrbe pauporem & timorem inde excitatumiri, ut non indifferenter exerto aliquo grauiori tumultu, nostratisbus vltro ingressus aperiatur, maxime vero si clam prius conspiratio quædam facta, vel Turca insigni aliqua clade, vel terra, vel mari affectus fuisset.

Sesto in Europa mons imminet, qui eam ubique superat: Abydus vero Asiae Dardanellus in planicie sita est: Ambo ppugnacula facilime expugnari possent, quod ædificia illa antiquo more sint constructa, in loco arenoso, ad maris scilicet littus, vbi montes ex arena congeri, & cuniculis perfodi possunt, ut Turcæ in more habent. Distant inuicem plus uno milliari Italico: Gallipoli vero 30. Constantinopoli 160. vel circiter.

C XVI. Quomodo Poloni Hungari & Transyl-

*uani in Turcicas ditiones excurrere
possint.*

De Taifilos.

ALIA quoque viae patent, per quas Poloni, Hungari & Transylvani terrestribus itineribus, in Turcicas regiones excurrere, & menses tempore alicuius momenti loca tentare possunt. Maxime vero si in ea loca cursum dirigant, de quibus illi nunquam antea solliciti fuerant, aut versus mare directo itinere, quo classis nostra ipsis subsidio venire posset. Sic apud Zosimum legitimus 500. tantum Taifilos, qui hodie Transylvani sunt; & Wallachi sub Constantino Imperatore Constantiopolim usque maximo cum ciuium horrore excurrisse. Sed viæ de quibus magis sibi Turcae timent, sunt, quæ Sophiam, Adrianopolim, & Philippopolim, atque in regiones vicinas ducunt.

CXVII. Quomodo ex Italia pluribus itineribus in Turciam peruenire possumus.

VERVM ut Principes Itali de via, qua è suis ditionibus in regiones Ottomannicas recta pergere possint, securi sint, profectiones legant Constantini Licinii, Constantii, Maxentii, Iuliani, Theodosii, Eugenii, Arbogasti, Theodorici Gothi, Odoaci Heruli, Alarici Gothi, & Attilæ, quos superius quoque recensui. Considerent etiam quo itinere quondam Mithridates è Ponto, & Scythia, seu Circassia & Tartaria in Italiam peruenire decreuerat:

treuerat: Regis Philippi Macedonis consilium de transfretando Adriatico mari: Romanorum contra Macedones expeditionem: Vespani Ducum è Syria in Italiam redditum, sed & primi Antonii, Muriani, Boemundi arque aliorum, qui terram sanctam conquisiuerunt itinera ex historiis pertinet.

CXVIII. Epilogi loco Leonis X. consultatio de bello Turce inferendo ponitur.

EPLOGI loco ex Fr. Guicciardino Leonis X. consultatione de defensione contra Turcas instituenda, adducam. Verebatur enim, ne Selymus Italiæ bellum moueret. Sacris igitur peractis omnibus Christianis Principibus periculum imminentem aperuit, eosque horratus, ut sepositis inimiciis priuatis, religionis Christianæ, & propriæ salutis defensionem susciperent, animosque viresque coniungerent, ad aggrediendum hostem domi suæ. Bella interim vbique cessare iussit, inducias inter omnes Principes graui sub censura publicauit: & ut maius pondus haec res haberet, Cardinales autoritate, & rerum vsu pollentes ad Principes ea de causa ablegauit: Rem totam cum eorum oratoribus, & legatis sapientius multumque consultauit: Consilia vitorum militarium exquisiuit, cum iis qui locorum erant periti, de regionum & prouinciarum conditione, situ, incolarum viribus & armis multoties contulit, tandem decreuit, ante omnia vim auri maximam congerendam, tum ex ordinariis

Principum contributionibus, tum etiam ut omnibus Christianis hominibus certum aliquod tributum huius belli nomine imperetur.

Cæsar cum Hungarorum & Polonorum equitatu, justo etiam exercitu pedirum, & equitum Germanorum recto Danubii cursu in Seruiam delatus, inde per Thraciam Constantinopolim perat, Gallus omnibus regni sui viribus instructus, Veneti atque reliqui Italiae Principes Helvetiorum pediribus adiuti Brundusio in Albaniam soluant, vbi Christiani, qui in Græcia habitant, libentissime ipsis se coniungent, durissimæ Turcicæ Tyrannidis pertæsi, & ad rebellionem promptissimi. Hispani, Lusitani, Angli naues suas in Carthagene portu, & alii vicinis congregent, & conjungant, cumque 200. nauum clalle Hispanis atque aliis militibus instructa Gallipolis fretum occupent, & Dardanellos capiant, eo quoque Pontifex tendat, 100. nauum rostratarum seu triremium clasæ ex Anconæ portu educta. Hunc igitur in modum terra marique Turcarum potentia oppugnata, Deo feliciter annuente prosperum eius belli exitum sperare possemus.

C X I X . Conclusio totius operis, in qua de fædere Christianorum Principum contra Turcam ineundo agitur.

F A X I T Deus, ut omnes Christiani Principes, ac inter se fædere inito, collatisque æ qualiter sumptibus, omnia sua consilia atque deliberationes eo dirigant, vt in manus hostem cum


cum fructu adoriantur & deuincant. Quod difficultum licet, propter peccata nostra, & varias calamitates, quibus vrgemur, non tamen impossibile futurum speramus. Deus vero omnipotens ardenter nobis orandus, & exorandus est, vt oculis iusticiæ in Turcas respiciat atque illis non amplius tanquam flagello ad punienda nostra delicta vtatur: Sed faxo quasi diuinæ suæ potentie superbum hunc & inutilem Colossum in minutissimas qualuis particulas comminuat, vel saltem vt Principes nostros misericordiæ oculis intueatur, ipsorumque mentibus vera pietatis ardorem inspiret, vt vinculo charitatis deuincti, neglectis propriis utilitatibus, aliisque, que ipsis occurtere & officere possint, rationibus posthabitatis, veram & solidam nec fictam societatem ineant, ad defendendam gloriam diuinam, & propriam salutem, contra omnes hostes promouendā, sibique magnum illum Gotofredum Bullionem imitandum proponant, non modo, quod ad animi promptitudinem in capiendis consiliis, verum etiam, si necessitas ita requirat, proprias ditiones diuendendo, quo contra Turcas bellum continuare possint. Quod Bullionem, aliosque magni nominis Principes maxima sua cum laude fecisse nouimus, qui sancto inito fædere Hierosolymæ regnum infidelium barbarorum manus eripuerunt, totumq; Orientem sibi subiecere.

F I N I S.

ACHILLIS
TARDVCCII
TVRCA VINCIBILIS
IN VNGARIA.

*Nunc primum Latinitate
donatus*

A
I A C. G E V D E R O A B
H E R O L Z B E R G A.





Illustri & Generoso Baroni

D. RICHARDO

A STAREMBERG DN. IN

WVDSBERG ET RIEDECK

Domino suo, omni obser-
uantia colendo

S. D.

DVRANTE bello Pannonicō, Ge-
neroſe & inclye Baro, quod D.
Rodolphus II. Romanorum Im-
perator S. A. pro vindicanda ē
Turcarum fauibus Hungaria,
& tot Christianorum milibus ab immanifima
crudelissimorum Barbarorum Tyrannide libe-
randis gerit; varia doctissimorū & rerum bel-
licarum peritissimorū virorū consilia, de bello
prospere contra hostes gerendo in lucem prodie-
runt. Quorum nonnulla iam olim emissa, & non
ita pridem denuo recusa, ad nos etiam longo fere
interuallo peruererunt. Inter hec omnia vero,
facile principem locum obtinet Lazari Soratii
Ottomannus, & Achillis Tarduccii Turca vin-
cibilis: quibus addi potest Iohan. Thomas Mina-
dous, qui historiam postremi belli Turcopersici

N

accuratisime descripsit. Detixerunt hi, quicquid
arcani Turicum imperii habuit, plurima stra-
tagemata, consilia, aliasq; maximi momentires,
qua nostros latuerunt hactenus, manifestarunt,
hostisq; superandi facilitatem quasi digito mon-
strarunt, unde merito ab omnib. quibus patria
salus & incolumentas cordie est, cognosci & legi de-
bebunt: & legerentur procul dubio, nisi sua in
lingua, hoc est Italica, authores isti scripsissent.
Ne quis vero imperia lingue à lectione ipsorum
se abstractum queri posset, simulq; amicorum
voluntatim gereretur, in latinum sermonem
nostrisibus hominib. frequentiorem, à me sunt
traducti: in qua quidem μεταφράσαι plus laboris
& difficultatis sum expertus quam initio cogi-
tarum, cum quadam perobscura sint, quarundā
etiam rerum nomina noua & Romanis in-
cognita, que latinis verbis commode reddine-
quiuerunt. Veniam igitur apud beneulos lecto-
res & aequos rerum estimatores me impetratu-
rum spero, si ipsorum expectationi & voto meo
minus recte ubiuis satis factum erit.

Tibi vero Generosissime Baro, hanc laborum
meorum particulam, Tarduccii scilicet Turcam
vincibilem, dedicare & nuncupare placuit, ut
testatum vici sim facerem animum meum, tibi
semper ad quemque paratisim: ea enim erga me,
sere ignotum, benivolentia & humanitate nu-
per

per usus es, ut nunquam non apud quos suis gra-
tare recordatione eam praedicare debeam. Huc ac-
cedit quod patriæ salutem (ad quam tanquam
metam unicam & scopum hæc nostra translatio
directa est) tibi summa cura esse, eamq; consilio
& ope pro viribus à te iuuari & procuraricer-
to cognouerim. Tum etiam quod sciam, te prace-
ptis militaribus quib. Tarduccius passim est re-
fertus mire delectari, ut qui bello hoc Ungaro-
Turcico ipse aliquoties interfueris, tum in lite-
rarum quoq; ac linguarum studiis non mediocri-
ter versatur esse. Scio equidem eruditiora tibi
politiora qd; deberi: sed sint beatamoris & obserua-
tiae mea primitia, quas ut benenolo animo acci-
pias & offerem mutuo, ut cepisti, amore com-
pletaris, etiam atq; etiam rogo. Deus opt. max.
Generositatem T. Ill. quam diutissime patriæ &
familie Generosissimæ saluam & incolumentem
conseruet. Perscriptum Herolzbergæ Anno à
reparata salute 1601.

T. Genetos:

Obseruantis:

Jacobus Geuder ab He-
rolzberg.

DEMONSTRA- TIO, QVOD TVRCÆ IN HVNGARIA VINCI POSSINT exiguo Germanorum auxilio adhibito.

PROPOSITIO ET DIVISIO TOTIVS LIBRI.

CVM demonstrare constituerimus potentiam Turcicam, quæ toti fere terrarum orbi haec tenuit terrorem incusit, in Hungaria Vinci posse, non dico à tota Christianitate (in qua præter unionem & concordiam nihil desideramus) sed ab ea parte Hungaria, quæ nondum eius Imperio cessit, exiguo Germanorum auxilio adhibito, initio quidem necessariū videtur, modis & media aperire, quibus ad tantam potentiam Turca peruenierunt, iis inuestigatis facilis erit, viam quoq; & rationem inire, quæ excoinditrus atque connulsi posset.

PARS PRIMA.

ONSIDEREMVS initio, utrum prudenter & arte, an singulari quādā fortuna Turcarū imperiū, primū enatum & ad culmen tantæ Maiestatis atq; potentia cuectum fuerit. Hic in primis conductet historiarum cognitio, eam paucis foliis ab initio huius imperii ad nostra vñq;

vñq; tempora, non quidem omnia minutim persequendo, sed præcipuas tantum & insigniores eorum actiones euoluendo, clare & dilucide tradam. Tunc de viribus ipsorum subiiciā, quæ præcipue in obedientia rara & perfecta: in thesauris inexhaustis: & exquisita atque stricta disciplina militari: atq; ordine alias inconsuetu à solis Turcis haec tenuis visitato, consistunt.

*NON FORTVNÆ, SED PRV-
dentia ductu Turcas ad tantam potentiam
ascendisse.*

QUEMADMODVM nonnulli extiterunt, qui progressus, quos Romana quandam fecit Rœpubl. fortunæ ludibrio attribuere ausi sunt, qui potiore iure prudenter ac virtuti debebantur, sic quoq; non defuerunt qui dixerent, multos quidem fortunæ inclinatione in supremum dignitatis gradum, modis incognitis antea & extraordinariis collocatos, semper tamen ad eandem inclinationem virtutem comitem accessisse, sic Alexandri Magni fortitudo, & magnanimitas, sic Cæsaris prædicatur celeritas, & ingenii præstantia. Idem prosperis Turcarum successibus nulla facta mentione virtutis, primam & præcipuam gloriam rerum prospere gestarum, ipsi fortunæ adscribunt. Quod si, qui in hac sunt sententia, ex veræ Philosophiae præceptis didicissent, Fortunam non esse quandam cœlestem substantiam, vt nonnulli fabulantur, sed spontaneum quendam concursum plurium caussarum ad eundem effectum: Non temere tot præclaræ factæ casibus fortuitis attribuissent, sed diligentius inuestigando

comperiissent plurima virtutis adminiculogesta fuisse.

Fortunæ nonnulli adscribunt, quod Romana Respub. nunquam duobus bellis simul implicata fuit, sed uno exorto alterum fuit sotpum: At hoc ipsum soli Romanorū prudētiae attribuentum: illi enim videri volebant non ambitione, vel regnorum acquirendorum desiderio, sed innocentia zelo, ad defendendos iniuria oppressos, & iuuandos socios, qui sub ipsorum protectione & patrocinio viuebant, bella à se geri, vnde nō erat difficile à bellis abstinere, quæ iustas etiam ob causas mota fuerant, maxime ubi hostium arma horrebant & prælio certare periculose rebantur. Huc accedit, quod Romana Respub. postquam non mediocriter excreuisset, & imperium eius auctū esset, nec exigua apud alias gentes auctoritate polleret, vicinos sibi fœdere & societate deuincit, eius fœderis prætextu non modo seditiones & rebelliones, quæ invincia indies oriri solebant, compescuit, verum etiam sociorum auxilio in remotiores prouincias armæ extulit & imperii terminos angustos, latius prolatuit, belloque capta sibi soli vendicauit, quam fraudem nimis tardè socii deprehenderunt, cum in immensum potētia Romanorum elata ei obstat amplius nequiverūt. Quælibet igitur Provinciæ non satis potens, vt bello cum Romana Repub. decertaret, quiescere maluit. Interim dum proximiores expugnabantur, quorum armis Romanos vicos vel debilitatos iti, reliqui sperabant.

Præter hunc imperii accrescendimodum Romani

mani alium quoque peculiarem habuerūt, peregrinis scilicet, & exteris iure cinitatis Romanæ dogatis, & in ciuium numerum adscriptis, qui maximis priuilegiis gaudebat, qualibetrate pluriimi allecti eo habitatum sponte accurrebant, præter eos qui bello victi eodem migrare cogebantur. Hinc vrbs mirum in modum ciuibus & militibus aucta: vicinæ vero Prouinciæ incolarū copia denudatae fuerunt, factum itaque, vt sub ipsis Regibus 80000. militum in aciem educere potuerint, è quibus postea conscriptæ fuerunt coloniæ, quæ tanquam firmissima propugnacula hostium furori ad limites territorii opponabantur. Qui diligentius hac Romanorum strategemata perpenderit, & obseruarit, exiguo vel nullo Fortunæ adminiculò opus habebit. Id Fabius ille maximus testatur, iubens eum bellum Imperatorem, qui Prudentiam ducem sequitur, r. 1. pol. parum de fortuna sollicitū esse. Huc facit & illud quod quilibet suæ fortunæ faber esse dicitur: Et tritum illud, ubi plus consili, ibi fortune minus.

Turcas igitur non meta fortuna, sed potius prudentia ad tantam potentiam peruenisse, & in hoc ipso Romanos apprime imitatos: & eorum exempla secutos esse statuimus, idque in perlustranda ipsorum historia clare docebimus.

COMPENDIVM. HISTORIÆ Turcicæ.

HISTORIAS præcipuas rerū quæ ab initio sedet Turcicæ euenerūt, paucis aliquot cartis psequear, secut⁹ autores grauissimos, Zonarā, Nicēphorum Laonicum Græcos, & Bonfinium qui

Latine scripsit, quorum scriptis merito fides adhibenda est, quod iisdem illi temporibus vel paulo post, quo omnia ea, quae narrant, gesta sunt, vixerint. Non improbo tamen Neotericos quosdam scriptores vel aliorum hominum, qui Constantiopolii officio Legatorum functi sunt, relationes fidias, & accuratas, idq; maxime propter militiam & militarem disciplinam.

Zon. in

Cost. glad.

Laoni. l. p.

Bonfin. l.

8.

Pio. 2.

Vng. c. 4.

600.

Laoni. l. 3.

Num à Scithis vel Parthis primam suam ducat originem Turcæ, non expedit hic longius perse-
qui, neque quam vere à Sara Saraceni, vel ab Agareni, vel denique Turci quasi Teucri appelleantur, quod prope illi & Troiæ regiones cō-
morarint longius perquirere iuvat. Mahometes
sane regnante Heracio Imperatore (alii volunt
sub Mauricio & Gregorio Papa Anno 597.) na-
tus est in Arabia, patre nobili viro Ethnico, matre
vero Ismaelita. Ingenio fuit perspicaci præditus &
crebriori Christianorū conuersatione vsus, legem
Euangelicam aliqua ex parte didicit, vnde variis
legibus ordine digestis nouam sectam introduce-
re statuit, cessitque ex animo propositum, eius cō-
silia spiritu maligno in primis regnante & agitan-
te. Principio ad persuadendum vsus est eloquentia,
qua polebat, & vita austera, tranquilla & solis
cōtemplationibus dedita, qua homines in admir-
ationem sui rapere, sibique auctoritatem conciliare studuit. Multorū animos, Principum in pri-
mis breui tempore sibi deuinxit, & in tantum e-
ius excrevit audacia atque authoritas, vt à populis
istis passim pro Propheta habitus & cultus fuerit,
qui pro ipsius defensione, & Religionis quā pro-
fitebatur assertione vitā profundere non dubita-
bant.

bant. certamina & crixas, quæ religionis caussa mo-
uebatur conniuendo adprobauit, vel saltem quo-
minus excitarentur nō palam obstitit, donec vni-
dique motus bellici vehementius exarserunt, ea-
que occasione, quæ oportune se se obrulit, arrepta,
armis & vi aperta, quæ persuasionibus nequi-
bat efficere conatus est. Doctrinæ ipsius caput
præcipuum erat, secreta diuinæ legis non huma-
nis disputationibus asserēda; & persuadenda, sed
vi atque potentia introducenda & defendenda,
ab illis, qui ad eiusmodi munus digni, & idonei
habiti fuissent, vbi 40 etatis anno vitam cū mor-
te commutauit, secta, cuius ille author exstitit pas-
sim per Asiæ Provincias prædicata & exculta, ab
eiusq; successoribus iisdem armis & artibus, qui
bus ille ipnixus fuerat, plātata, & amplificata fuit.
Schismate quoq; inter ipsius affecias exorto, nulla
alia ratione, quam armis lis ea dirimi potuit. Nō
solum vero iustis exercitibus, sed sāpius excursio-
nibus & latrociniis Asiam ita deuastauit, vt ipso-
rum potentia plurimū inde aucta fuerit, ipsa sub-
iugata Persia, & multis Christianorum Provin-
ciis, qui acriter ipsis resistebant, Græcis imperato-
ribus, eorumque militibus antiquum fidei catho-
licæ cultum adhuc obseruātibus: vbi postea mol-
lities atque discordiæ in Græcia radices egerunt
altiores, Turcæ amplificandi imperii occasionem
nacti, præter reliquas Asiæ provincias, quas sibi
subiecerunt ad littus usque Constantinopolitanū
arma promouerūt, permoti Constantini Gladiato-
ris prodigalitate, v̄cordia atq; inertia qui ubi sa-
ris exhaustis pecunia inutiliter cōsumpta, tributa
quoque liberis provinciis imposuit, pro quoru ic-

Zonari.
3. in Cito.

lutione eas immunes reliquit ab alendis praesidiariis, qui Barbaros aditu Romanarum ditio-
num, ut antea, prohiberent, & locorum angustias
tuerentur, contentus vestigalibus quae in horum
vicem iisdem imperauerat. Hunc in modum Asia
Turcae sunt potiti, citiusque in Graeciam pedem
intulissent, nisi Christiani Principes maximis ex-
peditionibus in Asiam susceptis, sub auspiciis Got-
tofredi Bullionei, furorem Saracenorum retudis-
serent, & repressissent. Sed in occisorum locum alii,
Hydræ instar, surgebant maiori numero.

Bonfin. l.
15.11.45.
Vel 15.51. Igitur Conradus occidentis imperator, & pau-
lo post Ludouicus Gallæ Rex, ut Christianis in
Asia militantibus subsidio venirent, maximis bel-
li apparatibus vndique factis, ipsi in eam expedi-
tionem profecti, dolo & fraudé Emanuelis Im-
peratoris Constantinopolitani circumuenti, bre-
ui tempore immensam militum copiam amiserunt,
vt re infecta reducere exercitum coacti fuerint.

11.87. Nolebat enim Emanuel Latinorum (sic Graeci
vocant, quotquot Romanæ Ecclesiæ obedient)
Principum potentiam in Asia augeri, igitur malicio-
sis consiliis, & vanis conatibus ipsorum elusis cō-
filia & frumento veneno infecto copiis submini-
strato, vires ipsorum attriuit atque diminuit. An-
nimos igitur resumperunt Turcae, Salodino du-
ce, quæ Sultanum vocabant, homine strenuo for-
etissimoq; qui tam diu bellum cum Hierosolymæ
regibus gessit, donec eam prouinciam tandem in
suam potestatē redegerit. Tunc nouos in Graecia
motus excitauit Balduinus, ut priuatas quasdam in-
iurias vindicaret, bello multis annis pertracto,
Constantinopolim Graecis eripuit, q; vsq; ad Paleo-

logum

logū primū tenuit: iis discordiis durâribus Turcæ
ocù naeti, imperiū suum in Asia confirmarunt &
stabilinerūt Græcis paucis quibusdā vrribus pri-
mariis relictis, quarū vires ad resistendū hosti pa-
riter, qui Constâtinopolim tenebat, & simul Bar-
baris minime sufficiebât. Vbi deniq; tota Asia at-
que Græcia Latini fuerût expulsi, facilime Turcæ
nemine prohibéte, totius oriëntis dominatū ad se-
se rapuerūt. Paleologus ea rerum confusione, &
ob schisma religionis causa excitatum, perturba-
tus, primariis suis nō fidebat, quos, ppter sinistras
quasdam suspiciones à se dimiserat, eorū vice in bel-
lo exterorū (quos maximis impensis conduxerat)
opera vtés. Tadē maximas copias è fugitiuis Scy-
this, & plebeia multitudine collegit, eosque nullis
ordinibus dispositos hostibus obiicere, & ad ma-
nus venire ausus est. Horū imperitia rerum belli-
carum non latuit Turcas, ideoque vbi in pugnâ
imperator descendit, Turcæ nunc fugiendo, nūc
resistendo hostibus tam diu se posuerunt do-
nec in strætas insidias eos pertraxerunt, vbi ma-
xima accepta clade Imperator ægre Constâtinopo-
lim euasit, omnemque de recuperando Asia
dominio spem amisiit, Saracenorum in gluiem,
atque auaritiam pecunia sedauit, eorum (ut dicit *Niceph. l.*
Nicephorus) exemplo, qui vt luporum gratiam
ineant, venas sibi proprias incident, quo tuo san-
guine ipsorum voracitati satisfaciant. Noua igitur
tributa pç ditiones suas imperauit, atque impo-
suit, quibus subditorum animos protinus à se a-
lienauit, & ad seditiones ac rebellionem conci-
trauit.

Saladino mortuo ciuilib. discordiis laborarūt

Turcæ, & imperium ad varios dominos deuolutum, eius robur, atque potentia diuisa atq; debilitata fuit, sed non extare hoste externo qui ipsos vrgeret arctius, facile vires suas recolligerunt, in primis vero cum regni gubernacula ad Ottomānum delata fuissent. Ottomānus, cuius memini, vir fuit bello strenuissimus, & ingenio sagaci præditus, cui in primis curæ fuit, non modo discordias inter Principes saceres, & iam ortas conseruare atque fouere: verum etiam sub amicitia specie nunc huic, nunc illi belli socium sese adiungere, cunctorum dōnec vires paulatim attruerit, vt breui temporis spacio partem præcipuam eorum potentiae ad sese pertraxerit. Tunc fraudum relictis ambagibus, vi aperta bellum gerere, & secte suę principatum afferere omni cura aggreditus. Interim Andronicus imperator, regni cauſa à nepote, cui & ipsi Andronico nomen erat, bello laceſſitus, primus Turcas in ſuī auxilium euocauit, vt eorum ope nepoti & Genuensibus qui Phoceanam tenebant, & Boshensibus resistere valeret, vado poſtea & transitu cognito, & Europa delitiis perceptis Turcæ in Thraciam excurrere, & pedem ibi figere caperunt, transmissis in Asiam ſpoliis opimis, & præda opulentissima, ſocios quoque ad frētum ſuperandum inuitarunt. Vbi Andronicus nepos imperium adeptus est, Orcani, qui Ottomanno ſuccedit, bellum intulit, quo Niceam, Metropolim Græcarum urbium quæ ſunt in Asia, obſidione liberaret, collectaq; imensa multitudine imperitorum hominum, illaque tumultuarie & ſine militari disciplina diſpofitis, in bellum duxit, vix 2000. veteranorum mi-

1330. N.
cep. b. 9.

litum

litum ſecum trahens, hostium confiliis atq; conatibus intellectis, Orcanes cum 8000. militū illis occurrit, eosque non pugnando ſed velitando aggressus eſt, modo timorem ſimulauit, modo defeffos exceſſuo ſolis aſtu, & armorum pondere defatigatos, tanto impetu adortus eſt, vt exiguis copiis, quæ integræ & ſalvæ erant, eorum aciem ruperit atq; fregerit, tempore inutino ſepiuſ cum 300. falté equitibus Græcorū caſtra recognouit, ſtragem eorum maximam edidit, pleriq; fuga euadere conantibus, quod vniuerſum Turcarum exercitum ſibi instare putarent. Nicea fame coacta hostibus ſeſe dedit, quā paulo post Nicomedia ſecuta eſt. Andronicus omnem ſpem imperii Asiatici protinus amisit, & quodipſius theſauri pecunia exhausti eſſent, conſtituit nullam amplius classem in p̄cinctu habere atq; conſeruare, vt ſumptibus parceret. Vnde Turcæ ſibi iam vndiq; mare patere intelligentes, tritemes ædificare, iſſulas maximo Christianorum detrimento percurrere atq; deuastare cōperūt, cuius rei culpa ſolis Græcis imputanda, quemadmodum iſforūmet ſcriptores cum tādio com memorant. Totius Afīs dominium Orcanes cū acquisiuſlet, ſtatum illius confirmare atque ſtabilitate decreuit, priuſquam in Europam moueret, quod negotium non parum promovit Caſtauzenus, qui filium Imperatoris Andronici, cuius tutor fuerat, imperio defraudarat, is Orcani amicitiam nuptiis filie ſuę quam ei desponsauit, redemit, quo melius rebus ſuis conſuleret, eosque in tutum ac! tranquillum ſtatum collocaret: adeo Christiana Religio apud Græcos in con-

Laonicus
l.r.

temptum venerat, sola ambitione omnia regnante.

1352. Orcati successit Solimanus qui iam ante ab his qui Europam perillustrarant, eiusq; amoenitatem omniumque rerum abundantiam amplissime prædicarant, instigatus & allectus, tum quod transitus, quem illi solerter depinxerant, facilis esset, & periculo careret, in Thraciam excurrit, & in Chersoneso ut plurimum substituit: pactus cum Græcorum Imperatore fœdus mutuum, ini-
psius auxilium, contra Bulgarios in bellum pro-
fectus est, à quibus Turcæ cæsi, atque fugati fue-
runt, sed cum illi, victoriæ prospéro successu clausi, sine ordine in campo dispersi vagarentur, Soli-
mannus id præuidens, maxima & consueta cele-
ritate, collectis copiis, victores denuo aggrega-
sus est, & in fugam coniecit, victoriæ cursum
prosequens Adrianopolim & Philippopolim eo-
dem impetu cepit, quarum urbium expugnatio
firmissimum fundamentum rebus Turcicis præ-
buit eius imperii terminos in Europam vique
prolatandi, quod tamen morte præuentus exequi
non potuit, sed rem inceptam fratri Amurathii
perficiendam reliquit: Is primus ex Asia sedem
imperii Adrianopolim transtulit. In bello fulgū-
ris instar processit, plus tamen benevolentia at-
que comitate quam vi aperta effecisse visus est.
Namque bello victis Principibus non grauiores
impoluit pacis conditiones quam ut aulam suam
sequerentur, & copias suas cum reliquo exercitu
coniungerent. Hæ conditiones victis satis aquæ
atque benignæ videbantur, neque obstinate se-
defendebant, imperiti artis & doli, quem Amu-
rathes

rathes machinabatur, qui Principes Græcos Græ-
corum viribus & militibus subiugare, & proster-
nere moliebatur. Aulam breui tempore Princi-
pum multitudine florentissimam & illustrem
reddidit, vt omnibus formidabilis existeret. In A-
sia crebri tumultus, frequentes seditiones fue-
runt motæ, quas domuit. Europæis copiis in pri-
mis adiutus, cognita rebellione quam filius in
Europa excitarat, maxima celeritate illuc rediit,
vt rebelles oppimeret. Extrema hic Constanti-
nopolitanorum Imperatorum vœcordia atque ti-
miditas appareret, qui tam splendidis, rei bene ge-
rendæ, occasionibus nihil moti, Turcarum amici-
tiam sectabantur, eamque caro precio compara-
bant, quin & proprios filios in aulam Turcicam
in Imperatoris obsequium miserunt. Amurathes
37. prælii ipse interfuit, in quibus semper victor
euasit, ei successit in regno Baizethes filius aliud
fulmen bellicum. Hic vbi Bulgarios, occiso eo-
rum Principe, domuit, alio efficacissimo remedio
ad crescendæ potentia, vslus est, coloniis copiosissi-
mis ad limites imperii collocatis, prioribus &
antiquis incolis è propriis sedibus alio habita-
tum traductis, ynde tantam penes Græcos autho-
ritatem sibi conciliauit, vt ab ipsius nutu cuncti
dependere viderentur, Regno priuare ipsos Con-
stantinopolitanos Imperatores, & in eorum lo-
cum alios substituere non est veritus. Namque
Andronicum collocauit in regnum, quod tribu-
tum soluere ipsi pollicitus esset, & contra hunc
ipsum sicut Emanuele, quod maius hic tribu-
tum spopondisset, inque bello ipsius auspicia se-
qui promisisset. Imperauit igitur Andronico,

vt vna cum filio aulam Turcicam frequentaret. Bellis quibusdam in Asia confectis maritimae expeditiones cōtra Græcos suscepit, eūque iuuabat strenue ipsi Græci Principes, qui in aula Turcica hærebant, quo & reliqui qui Baiazethis imperium haec tenus detrectarant sub iugum mitterentur, ipsi quoque sponte, non coacti, parere videbātur. Ab altera parte non cessabant Christiani qui in Gracia superstites erant, Turcarum potentiam astu & clandestinis machinationibus infringere, caussam eorum qui ob schisma à reliquis secessione fecerant, nomine potius quam re iuuare, & Christianorum Principum, quos sibi fidei nomine obligatos credebant, auxiliū implorare, & eorum auspiciis id tandem recuperare, quæ leuitate ac timiditate amiserant, omni cura atque solertia studuerunt: non latuerunt hæc artificia Baizethem, qui ea in Constantinopolitanis primum castigare constituerat, 'nisi Tamerlanus bello ipsū præuenisset, victumque in Asiam deduxisset, quo vita functo Græcorū Principes sine magno labore, & difficultate vicinorum auxiliis adiuti, omnem Turcarum posteritatem Europa expellere potuissent, sed Amurathes successor, complicitis fraternali dissidiis, ruinam Constantinopolitanī imperii assidue animo voluit, plurimas vrbes, propter admissum perfidiae crimen, grauiissime puniuit, alias, culpam suppliciter deprecantes, immēsis tributis pacem redimere coegit, successit in imperio Mahomethes, qui primos belli impetus contra Constantinopolitanos direxit, quos reliqui Græci, mutuis discordiis flagrantes, ope & subsidio turpiter destituerunt, & patriam potius

1397.
Lxxoni. 4.

1450.
1453.

potius deserere, vel hostium furori exponere, quam tributum, licet grauissimum, soluere maluerunt, quin & vieti iam, hostibus saeuendi caussam atque occasionem præbuerunt, ob varias innouationes atq; tumultus, quos indies excitarunt, perturbati tam stricta obedientia qua premebantur.

Constantinopolis aufugerat præcipua Nobilitas, quam postea hinc inde per Græciā dispersam Mahomethes deleuit. In ejus vicem urbem ille maxima multitudine habitatiū ē, diuerissimis gentibus collecta repleuit, ut impossibile videtur in tanta hominum & nationum diuersitate mutuam & inanimē rebellionem excitari posse. Hac urbe capta, non ideo tamen discordiis finis impositus est, Græcis præcipuis in Peloponneso seu Morea congregatis, quos mutuis armis aliquandiu se inuicem confiscere Mahemetes sicut, vbi deinde occasio & tempus visum ei est cōmodū & oportunū, illos aggressus, Græciām vniuersam cum Lesbo crudeliter & perfide sibi subiecit. Reuersus Constantinopolim fabricādis propugnaculis ad angustias Hellespōti operam dedit, ne per illos hostili classi aditus pateret, iam enim tunc animo meditabatur arma, vel Venetis vel Hungariis inferre, quibus paulo post, deuastata Boemia, causam bellī amplissimam ipse primus dedit.

Hungaria non minus quā Græciē porta sponsa illi fuit aperta. Stephanus n. Walachie Waiwoda cum secunda vice à Sigismundo Vngariæ rege defecisset, primus auxilium Turcicum in Prouincias, Vngariæ subditas, asciuit, q Baizethem

1395. alio
1397.

thes haud illubēs ei misit, ne tam optata occasio

Bonf. lib. 22. è manibus elaberetur, Sigismundus tamen victo-

ria tunc potitus est, capta Nicopoli minori. Ste-

phanus vero Baizethem vehementius in bellū

hoc instigauit, præmii loco filiam promittens in

matrimoniu collocandam. Anno sequenti Bul-

giae, quæ Vngaria parebat vastatio secura est,

quæ motus & ipse Sigismundus cum aliis Chri-

stianis Principibus expeditione contra Nicopo-

lim Maiorē suscepit, ubi ad pugnā fuit perutēum

res infelicitè cessit, Gallorū in primis culpa, qui

ante tempus imperium in hostem fecerant, quem

cum Turcæ viriliter sustinuerint, languescente

Gallorum feruore, illisque perterritis, in fugam

fuerunt coniecti, vnde & reliqui timidores fa-

cti, ordines deseruerunt, & hostib. egregiam vi-

ctoriam reliquerunt. Ab armis tunc ad aliquot

Bonf. lib. 23. annos ab vtraq; parte cessatum fuit, donec Sigis-

mundus Romanorum Imperator, & Bohemia

Rex electus fuerit, nouisque ac pene innumeris

Bonf. lib. 24. occupationibus alibi impeditus, segnius Vngar-

ia res curare cœpit, quod perspiciens Hermo-

ianus Bosniæ Princeps, homo inquietus, & re-

rum nouarum cupidus à Sigismundo defecit,

auxilioque Turcico in Bosniam euocatq; Hun-

garos singulati stratagemate fudit. In Walachia

quoq; nouis excitatis tumultibus, exercitus Si-

gismundi Turcarum auxilio victus & cæsus fuit,

sed non inulte tot damna Imperator ab hosti-

bus accepit, cum quibus vigesies prospere ma-

nus cōseruit, & auspiciis Pipi Florentini bel-

li Ducis Primarii, toties victoriam deporta-

uit.

uit. Sigismundo successit Albertus Austriacus,

eui seditiones Bohemorum plurimum negocii

atque molestia creauerunt. Eam occasionem

Turca minime negligens, Seruiam inuasit, Sin-

derouiam priusquam Albertus obfessis veniret

auxilio expugnauit: huius exercitus cum ob ni-

mium æstu feruorem debilitatus, & variis

morbis vexatus esset, pars eius maxima misere

periit, præcipui Duces dissentientes inuicem

& ipse Albertus grauiter ægrotans, copias re-

fecta, reduxit, paulo post mortem Impera-

tor obiit, grauida relicta coniuge, quæ eo-

dem tempore, quo in Vngaria regem Vladislau

fuit electus, filium enixa est Ladislauum, qui ab iis

qui Vladislai electione minime probabant, Rex

fuit coronatus, vnde ciuiles discordæ exortæ,

quæ per integras viginti octo annos Vngaria

Regnum varie & grauissime afflixerunt. Vnga-

riæ rebus hunc in modum cōparatis Amurathes

totâ sibi Seruiam subiecit, & Albam vsq; Græcam

cum exercitu excurrit, per septem menses iis

in locis commoratus ad 25. millia hominum a-

misit, alacrior atque audacior factus Hunga-

roruim seditionibus, non solum Temesuariam,

sed ad Drauum vsque & Sauum fluvios, omnia

deuastando, progressus est, adeo Vngarorum

animi mutuis odiis exacerbati erant, vt ma-

luerint Turcarum armis supprimi, quam mutuas

& priuatas iniurias patriæ condonare. Exstitit

tandem fortissimus Vngariæ defensor Corui-

nus ille qui è Transyluanis ac Walachis milite

cōscriptus biennii spatio cōsties cū Turcis pspere

1439.
1440.

Bonf. lib.
24.

conflixit, pugnasque commisit acerrimas, inter quas illa fuit celeberrima, qua quindecim solummodo militum milib. stipatus cum 80000. hostium iusta acie dimicare ausus est, eorumq; partem prestantissimam prostrauit. Tandem vbi tempore quietem & pacem Vladislaus confirmauit, instructissimum exercitum, licet sero anni temporis in hostem duxit, & ad montem usque Hemum progressus, transitus ei à Turcis fuit obstructus accidente locorum difficultate & glacie atque frigore: coactus igitur præda onustum exercitum reducere, cuius agmen nouissimum à Turcis nonnunquam infestatum fuit. Haud minores in annum sequentem fecit bellum apparatus sed eius conatus fraude Amurathis, qui in Asiam necessario proficiisci cogebatur & interrupti & impediti fuerunt, nam Seruiae Despotæ seu Principi, Coruini corrumpendi negocium dedit, promissa regni & filiorum restituione, si pacis author existeret, quæ fancita quidem, sed diu rata non fuit habita. Subito enim vbi de Amurathis in Asiam transitu tumor increbuit, & redditum ei à classe Italica impeditum certo affirmatum fuit, Vladislaus cum exercitu (qui durante pacis tractatione diminutus & ad 25000. hominum redactus fuerat) instanti hyeme ad Hemum usque Thracia montem processit, ibique de Amurathis redditu in Europam certior fuit factus, cui cedere inhonestum & parum commodum existimabat, in aciem ideoque descendere maluit, coactus frigore & rerum ad victimum necessariarum inopia, sed

Bonfin. I.
26.

agni quietem & pacem Vladislaus confirmauit, instructissimum exercitum, licet sero anni temporis in hostem duxit, & ad montem usque Hemum progressus, transitus ei à Turcis fuit obstructus accidente locorum difficultate & glacie atque frigore: coactus igitur præda onustum exercitum reducere, cuius agmen nouissimum à Turcis nonnunquam infestatum fuit. Haud minores in annum sequentem fecit bellum apparatus sed eius conatus fraude Amurathis, qui in Asiam necessario proficiisci cogebatur & interrupti & impediti fuerunt, nam Seruiae Despotæ seu Principi, Coruini corrumpendi negocium dedit, promissa regni & filiorum restituione, si pacis author existeret, quæ fancita quidem, sed diu rata non fuit habita. Subito enim vbi de Amurathis in Asiam transitu tumor increbuit, & redditum ei à classe Italica impeditum certo affirmatum fuit, Vladislaus cum exercitu (qui durante pacis tractatione diminutus & ad 25000. hominum redactus fuerat) instanti hyeme ad Hemum usque Thracia montem processit, ibique de Amurathis redditu in Europam certior fuit factus, cui cedere inhonestum & parum commodum existimabat, in aciem ideoque descendere maluit, coactus frigore & rerum ad victimum necessariarum inopia,

sed loci vbi pugna committebatur incommoditate factum, vt rex suis succurrere cupiens in acie cum multis aliis occubuerit: Græci tamen aliter hæc referunt, ambo nimis Turcarum cornua, ab Hungaris in fugam coniecta atque profligata fuisse, cumque hi fugientibus instarent vehementius, & iusto longius hostes prosequerentur, Rex cum caterva suorum solus derelictus, & Amurathi, qui stipatus erat suorum præstantissimis, obiectus, moræ impatiens, donec reliqui ex persecutione redirent, in Amurathem, qui in commodo loco substituerat, impetum fecisse, vbi morte sua splendissima victoria Hungariam spoliauit. Ferunt Amurathem perculsum timore instantis prælii aufugere voluisse, nisi à suis vi quadam retentus fuisse: & votum solenni imperio se se abdicare, & vitam solitariam agere vonisse plus victimum, quam victimæ sele ob cruentum hoc prælium agnosceris. Tertia denique die castra Vngarorum aggredi ausus est, veritus ne quædam ibi laterent insidiæ: & tantus ipsius timor extitit, vt quadriennio proximo Vngariaq; intactam reliquerit. Quod si Coruinus, intellecta morte regis, castra repetiisset, incertam sine dubio, & anticipitem victoriam Turcis reddidisset, sed ille regnum repetere maluit, vt præcaueret tumultus, qui exoriri poterant: sic Amurathes, propter insignem stragem suorum, cruenta sane victoria potitus superior quidem hostibus suis extitisse, sed victor euassisse dici reuera non potest. Coruinus Ladislai tutor & regni gubernator constitutus, vt prio-

rem cladem vlcisceretur 22000. militum collegit, pactoque cum Despora & Schanderbego, vt secum vires coniungerent, ille non modo promissis non stetit, sed Albanos quoque seu Epirotas perfide impediuit, quo minus officio fungerentur, omnia consilia atque connatus Christianorum Turcis aperuit, qui cognitis, quibus Coruinus vrgeretur necessitatibus, vt Albanorum aduentum praeuerterent, crebris excursionibus & inuasionibus ad pugnam condescendere ipsum coegerunt, antequam auxiliares copias aduenirent, per triduum durauit prælium, solis noctibus certamen interrumpentibus, tertia denique nocte Coruinus Hungaros in proximas sylvas se recipere & fuga salutem consulere iussit, quod deyictoria plane desperaret, siquidem semper recentes milites Turca, tot præliis defatigatis & fractis Christianis, opponeret, & Hungari vix laesos & vulneratos curare possent: perierunt octo millia Hungarorum, occisis 34. millibus Turcarum. Iterum igitur superior Christianis Amurathes, non autem victor exstitit. Mahomethes, post Constantinopolim occupatam, non fuit exceptus benignus, nec tractatus mitius, Belgradum diu obfederat, arctissime oppugnarat, fossas materia impleuerat, oppugnations 24. horis sine intermissione continuarat, muro ipso superato, plurimisque è Turcarum exercitu urbem iam ingressis, Coruinus è propugnaculo erumpens tanta vehementia, tantoque furore occurrit, vt plerisque fere obtruncatis, reliquos in propria usque tentoria reiecerit, occisis 20. millibus

Bonif. lib.
28.

1450.

bus hominum, impedimentis ablatis. Tam strenuo tamque egregio belli facinore edito, Coruinus morbo correptus vitam cum morte commutauit, decies feliciter explicatis signis statarias commisit pugnari, quatuordecim tumultuarias, bis saltē propter militum paucitatem hoste euasit inferior, qui tamen se viciisse gloriari nequibat. Hocigitur defuncto & breui post Ladislao mortuo, in regno successit Mathias, qui vbi Bosnia principem, à Mahomete in aulam vocatum, & nefarie, contra datam fidem, quo eius ditione potiretur, excoriatum fuisse comperit, potentissimo exercitu eam prouinciam inuasit, partem eius recuperavit: Iaizzam locum fortissimum recepit, 30. quem et si Mahometes denuo arctissima obdizione cinxisset, eam tamen sola fama de Mathiae aduentu percepta, soluit, & trepide inde in tutu se recepit.

Anno sequente Mathias subsidium pecuniarium ex Italia accepit, partem Rasciæ occupauit, & maiores progressus facturus videbatur, nisi Principum Christianorū discordiæ interuenissent, que plerunq; Turcis consuetam vincendi portam aprire solent, primū in Transyluania & Walachia tumultuarum fuit, inde propter religionis certaminis in Bohemia motus fuerunt excitati, quos exceptit bellum Polonicum ob regis Bohemicæ electionem exortum, & tandem bellum illud in Austria gestum, quod ad ultimum usque vitæ terminum ipsum distinuit, in illud tanta vehementia Vngari incubuerūt, vt Turcis non aliter quam defensive restiterint: subsidiū pecuniariū,

1458.

1463.

Bonif. lib.

30.

lib. 31.

lib. 32.

1471.

1473.

quod ex Italia subministrati ad bellū Turcicum consueuerat. Matthiae fuit detiegatū, ne Vngaris belli nenuis cōrrā Austriacos suppeditaretur. Vngari irritati præsidia quæ Dalmatiæ limites defendebant euocarūt, vnde Turci liberū aditū natūri in forum Iulii prædabundi excurrerunt, sa- pius iteratis impressionib⁹, prædas fecerunt amplissimas. Veneti bellis Italicis presi, nulla ratio- ne cum Vngaris rem compotiere voluerunt, sed pace in cum Turca, quam toties ante resperant requisiti, tunc vltro maximo suo incommodo & dispendio inierunt. Mahometes interim non ne- gligebat occasiones tam exoptatas, cum videret Vngaros, (tot cladibus Turcis, terra matique in Europa atque Asia oppressis) terminos imperii non studuisse prolatare, sed alibi tempus triuisse, cōclusit, in ipsam Vngariam prorumpere, & ad- itum sibi in eam parare: maxima celeritate pro- pugnaculum Sabaz ad Sauum fluuium ædifica- uit. Hoc quanto cūm detrimento & præiudicio Hungariæ fiat, vbi Mattias cognouit, sine mora eum Bohemis atque Polonis pacem sanxit, colle- ctisque copiis non modo Sabaz expugnauit, sed, totam Bulgariam domuit, vnica Sinderouia ex- cepta, quam arctissimā obsidione cinctam dere- liquit, maiori cum exercitu reuerti, & glaciei ad- miniculo eam superare cogitans. Sed fama de pul- chritudine ac præstanti forma sponsæ Beatricis, quæ ex Italia ei adducebatur, sparsa, adeo eum perculsit, eiusque animum, iniunctum alias, emol- liuit, vt bellicis apparatibus sepositis, ad nuptiales pompas omnes suas cogitationes & curas appli- carit, ad quas omnes Regni Proceres atque no- biles

1478.

lib.35.

lib.31.

1480.

lib.32.

1482.

1483.

1475.

lib.34.

biles conuocarat, sed nihilo segnius res suas cura- bat Turca, nec frustra elabi tempuis passus est, in Dalmatiā primum irrupit, eamque vacuam no- bilitate deuastauit, inde subito conuerso cursu, Sinderouiam petiit, & glaciei ope propugnacula quibus illa vallata vndique premebantur, destru- xit, urbem graui obſidione liberauit, inde in Trá- syluaniam atque Walachiam delatus, ferro flami- maque omnia populatus, maxima collecta præ- da ad 40000. animarum abduxit, quod grauiſſi- me Vngaros afflxit, qui non amplius offendendo bellum gerere deliberabant. Interim dum Mattias Rex in pacis tractatione cum Bohe- mis incunda, magnificis conuiuijs, & ludis campeſtribus in ſponsæ deductione habitis, tempus fruſtra tereret, Turca motus ſiccitate at- que ariditate temporis, Satum atque Drauum ſuperat, & in Styriam vſque crudelissimas in- curſiones tentat, sed temeritatis tantæ haud indignas ab Hungaris huit pœnas: vniuersa quoque Dalmatia recuperari potuiffet, ſi eo- dem studio atque diligentia in Turcicum, vt in Austria cum 60000. militum Turca deſcen- derunt, quorum pars maior industria atque for- titudine Stephani Battorii Waiwodæ periiit. Mahomete extinto, omnes Vngarici regni pro- uincias Mattias recuperare potuiffet (ipſo Ba- iazethē teste) quod fratres Turca dē impetui ſucessione inter ſe litigarent, & præcipui Ma- ecdoniz Nobiles ab iis ſecessionem feciſſent, ſed ad alia cogitationes & confilia ſua ille direxit, re- busque aliis intentus Walachia Baiazethi in præ-

1474.
Bonf. l.35.

lib.30.

1482.

1481.

Bonf. l.40.

x48.

dam reliquit, alio conuersis armis & milite quia ad
 1460. ^{Bonf. 41.} defensionē huius Prowinciae conscriptus fuerat;
 1470. ^{Bonf. 41.} sibi de pace ipsum Mahometes requisivit, quā
 cum minus securam & tutam fore iudicabat, ve-
 ritus ne sub pacis tractatione maiores infidia
 struerentur, & bellum acrius conflaretur, eam
 inire recusavit, respōdens Vngarię Regi non esse
 licitum, vel pacē, vel inducias cum Turcis pacisci,
 se rebus suis ad limites regni prospecturum, pro-
 ut eos animatos vel instructos nouerit.

Neque in posterum Legatos in suum conse-
 1471. ^{Bonf. 42.} cūm venire passus est. Mattia, vita functo, mo-
 dus procedendi contra Turcas totus fuit immu-
 tatus, pax precibus fuit exorata, quam toties ille
 respuerat, tantum efficere queunt discordiae at-
 que dissidia. Namque Vladislao (posthabitis
 1472. ^{Bonf. 42.} competitoribus Maximiliano Austriaco, Alberto,
 fratre Vladislai, & Coruino naturali Mattiae filio,
 1473. ^{Bonf. 42.} quorum quilibet plurimos in regno habebat al-
 leicas) in regem electo, miseræ illæ prouinciaz
 grauissime fuerunt afflictæ, Turca eas bien-
 nio integro impune deuastauit, nec Croatia
 pepercit, Ladislaus pacem à Baizethre petiit, &
 aliquandiu eius Legati sine responso retenti fue-
 runt, tandem pacem fese initurum negavit, ni-
 si liber ei in Croatiam, & Walachiam transitus
 concedatur. quo intellecto pacem cum vicinis
 1473. Ladislaus stabiliiuit & conscripto 60000. mi-
 litum exercitu in Bulgariam hosti obuiam pro-
 fectus, qui ad obsidēam Albam Græcam ten-
 debat, sed de regis aduentu certior factus, muta-
 to consilio Constantinopolim repetiit, relictis
 30000. equitum ad limites regionis, & missis le-
 gatis.

gatis, qui cum rege de induciis agerent, quo & tē-
 pore, & occasionibus rei gerendę eum frustrarēt,
 ea tractatione durante Walachiam & Albaniam,
 tum etiam Transyluaniam deuastando, maximis
 tamen damnis à Siculis acceptis, percurrit, postea
 euocatus à Croatis quibusdā proceribus, Carniā
 atque Carinthiam inuasit, & passim tanta crude-
 litate in incolas s̄euuit, vt relictis patriis sedibus in
 regiones quæ ad Sauum, & Drauum sitæ sunt, ha-
 bitatū migrare deliberarint, inde Sauo superato
 Petroniam v̄que progressi sunt Turcæ, adsciti, vt
 credebatur, ab Vngaris quibusdam proceribus,
 quibus cum rege non adeo recte conueniebat,
 verum Vladislau anno sequente par parti retulit.
 Namque Bulgaria ad 100. fere milliaria deua-
 stauit, prædamque tulit optimam, qua cum exer-
 citus onustus esset, ulterius progreedi periculosum
 ratus, pedem retulit, cum Constantiopolim v̄-
 que facilime penetrare quiuisset, vbi iam tumultus
 atque seditiones gliscebant, propter impera-
 toris absentiam, qui in Asia maximas aliquot clades
 à Persis acceperat, rectius igitur vt rebus suis
 consularet pacem ab Vladislao petiit, & tandem
 obtinuit, ortis seditionibus nonnullis in Vn-
 gariam quæ regem aliquandiu occupatum tenuerunt.
 Vbi Selimus regnum auspicatus est, Vn-
 garorum vires, inertia & discordiis attenua-
 tas, nec tanta successuum prosperitate eos in
 bello, vt quondam procedere comperit. I-
 nitio regni Sabaz & Tonninum aggressus est,
 totam Croatia sibi subiicere parans, cum
 vero Vladislau maximos belli apparatus in-
 strueret, pacem Selimus propter clades

^{1474.}^{Bonf. 44.}^{Bonf. 45.}^{Sambu-}
^{cus.}^{1514.}

Turcis in Asia illatas, petuit, eaque obtinuit, quod plebs Vngarica diuturna pace corrupta, contra nobiles armis corripuisse, virtus illis vertens, quod posthabito bono publico vniuersorum sui commodi causa bella fouverent: quod manifestum erat indicium proxima ruinæ, quod hosti quasi liberum relinqueret, pacem petere, & quoties vellet obtinere.

1516. Post Vladislaum regno potitus est Ludouicus decem annorum puer, cuius tutela, & regni gubernatio parum fideliter a tutoribus administrata fuit, ynde rex negligenter educatus, & intestinis dissidiis regnum laborauit, secutus est Maiestatis regiae contemptus, nonnulli de corona occupanda clandestina inire consilia, ausi fuerunt, & militiae studium protinus fuit neglectum, paciis regionibus a Selimo concessa, siquidem in Asia, quod ageret, abunde haberet. Sed ad regnum ybi peruenit Solimannus, qui gloriae rerum, a patre in Asia gestarum, inuidiebat, haud minus latos bellii successus in Europa sibi pollicitus, Belgradum initio occupare, Vngarosque otio sopitos expergefacere, atque excitare constituit. Dum illi atque alii Principes Christiani consiliis habendis, & celebrandis comitiis atque dietis operam dant, Solimannus cum 200000. hominibus in Croatianam atque Transylvanianam irrumpit & alteris totidem propugnaculum totius Vngariae expugnat. Inde ruinam tanti regni praemeditans, & necessarios ad bellum adparatus faciens, Vngarica nobilitate discordis atque rebellionibus attrita, tandem versus Albam Græcam, cum 300. millibus militum mouit, eamque 300. machinis oppugnauit. Ludouicus etiæ exigua apud suos autoritate valeret

ad con-

ad consueta tamē remedia tantorum malorum, & ad externa & peregrina auxilia recurrit. In comitiis regni, suis proceribus & militibus locum assignauit, quo conuenire deberent ad resistendum hostibus, ne Sauum transirent, donec reliqua auxilia aduentarent. Ipse ut tempore constituto Toluam attigit, neque Transylvaniæ, neque Croatiae, neque Bohemiæ copias auxiliarias reperit. Et qui comparuerant Nobiles vterius progredi contra hostem recusant, rege reliquos operiunte, sua adducentes & allegantes priuilegia, quod non nisi regem comitandi caussa in bellum profici sci tenerentur. Interim certo affirmatur Sauum Solimannum superasse, quo intellecto Ludouicus hosti ad Drauum cum 25000. militum, quos secum habebat, occurere statuit. Vbi ad oppidum Mohaz peruenit, nuntiatur ei Solimannum Drauum quoque superasse, & duobus tantum miliatibus ipsius castra inde distare. Rex atronitus nec retrocedere sine manifesto periculo, neque ad manus venire sine gratiæ temeritatis nota sibi licere videns: Tandem nescio quo suo facto eorum assenit sententiaæ qui prælium committendum suaserunt, quod totum exercitum promptissimum & alacrem ad prælium cerneret, & in hostium exercitu ultra 7000. militum non reperiiri compertum haberet: Reliqua vero multitudo ad certamen iniutilis esset. Vngari primi in aciem progressi sunt, sed Turcae ante tertiam horam pomeridianam castris non sunt egressi, qua mora Vngari pertæsi, & impatientes redditæ primam hostium turmam, quæ comparuit citra necessitatem adorti sunt, eaque subito in

fugam coniecta, & victoriam & triumphum claramant, fugientes diutissime inseguendo: ad pri-
mum huius pugnae successum Rex quoque cum
suo coititatu in hostem mouit, ad angustū quen-
dam vallis aditum vndiqueque paludibus tinctū
pertractus, maxima tempestate machinarum bel-
licarum, & recentibus hostium copiis fuit exce-
ptus, metum atque pauorem auxere strepitus bō-
bardarum & fumus crebris machinarum iactibus
excitatus, vnde Vngaria plus damni, quam à glo-
bulis ignitis fuit illatum, eorum acies confusa; &
ad fugam inclinās retrocedere nequivbat propter
sociorum qui sequebantur multitudinem. Coa-
cti igitur ad latus se conuertere, & in paludes pro-
ximas se præcipitare, vbi misere perierunt, vel ab
hoste interempti fuerūt, Rege ipso in fuga extin-
cto, nec ultra horam vnam & medium clades illa
durauit. Solimannus longius hostem inseguī
nuit veritus ne in insidias incidet, vnde non
nulli noctis beneficio periculum euaserunt.

Hostis tam insigni victoria potitus, hinc inde
citra vllum impedimentum excurrendi & præ-
dandi liberam commoditatem nactus ad utram-
que Danubii ripam, & regionē contiguam lauuit
vt 200000. hominum in Vngaria ea vice deside-
rata fuisse non nulli affirment. Nec cur & ipsi fuit
propugnacula, & loca munita in suam potesta-
tem redigere: Sed reuocatus in Asia, propter mu-
ltus quosdam recens ibi natos Vngariam pes-
sime constitutam dereliquit, Ioannes Zapolita
Transyluaniae Wawoda apud plerosque suspi-
cionem incurrit studio ipsius copias ante prelūm
domitentas fuisse. Nam subito vbi regis morte

inaudiuit, cum exercitu comparuit, & in regem à
quibusdam fuit electus. Eum tamen Ferdinandus
Austriacus, qui à potiori parte Nobilitatis, & ob
grauiores rationes Rex fuerat creatus, vi cedere
coegit, vnde Ioannes implorato Turcarum auxi-
lio patriam Solimanno nefarie prodidit.

Vbi lacerum ac pene conuulsum Vngaria re-
gnum Ferdinandus adeptus est, esfi alibi satis ha-
beret, quod ageret, ob motas in Bohemia & Ger-
mania religionis causa discordias, Carolo V. aliis
bellis impedito, non destitit tamen omnibus suis
viribus contra tam potentem hostem illud defen-
dere. Bellum Vngaricum Solimannus diligentius
fouebat, quod Iohannes, si regno Vngarico poti-
retur, tributum illi soluere annum pollicitus es-
set, qui nec propriis viribus & copiis ad expugna-
tiones locorum, & reliqua belli munia iuuanda
præsto esse drectabat. Plurimi præ timore vltro
deditio nem fecerunt, alii cōmissa sibi propugna-
cula vacua defensoribus deseruerunt: subito So-
limannus nemine id verente Viennam vsque cū
300. millibus militum excurrit, in qua tamen ex-
peditione florem militiæ sua præcipuan amisiit,
elapsis viginti duobus diebus, iterum fugientis in-
star discessit, cum præsidium Germanorum adue-
tare intellexisset. Nec minus turpiter anno se-
quenti ex Vngaria cuius limites cum 500000.
hominum insederat, aufugit, vbi primū Catoli
V. Imperatoris discessum Augusta intellexit, &
tantum matravuit abituī, vt ne aduentum qui-
dem 15000. militum, quos versus Autelianum
seu Linzium deprædatum emiserat, expectarit,
maiora quoque damna eius exercitui illata

1526.
1527.

1529.

fuisserent, nisi expresso mandato copiis iis Christianorum, quæ circa Viēnam in excubiis erant, iniunctum fuisse, ne ante Imperatoris adūctum quicquam tentarent.

Ioannes Rex homagio adstrictus domui Ottomannicæ Budam defendendam à Solimanno acceperat, additis tamen custodibus, sine quoq; consensu nihil quicquam tentare audebat, inde sentiens fraudem, qua Turca citra suorum periculum Vngariam acquirere machinabatur, cum Ferdinandō pacem init, ea cōditione, vt Regno quam diu viueret frueretur, post eius obitū Ferdinandō illud cederet, cōcessa tum filio, si quem superstitem relicturus esset, Transyluania, & re-

1538. *1540.* gione vltra Tibiscum sita. Moriens Ioannes filio recens nato, cui Ioannis quoq; nomen inditum erat, tutores reliquit matrem Isabellam, & fratrem Georgium, qui moti singulari quadām ambitione ne administratione tanti regni priuarentur, pactis conuentis satisfacere recusarunt, & quo commodius Ferdinandō resisterent, Turcarum implorarūt auxilium, ii primo statim impetu, Insulam prope Budam ceperunt, haud sincere nostro exercitu eam defendantē, qui paulo post à Solimanno qui maximas adduxerat copias stragem atque cladem immēsam accepit, amissis impedimentis omnibus, & Pesto, oppido hosti in prēdam derelicto, Solimānus puerum illum Ioannem ad se duci, eiusque matrem in destinaram Transyluaniam & Regionis vltra Teissam, seu Tibiscum sitæ administrationem proficii iussit; Budæ vero Turcicum Præsidium imposuit. Ferdiñādus per legatos de pace cum ipso agere nite-

1541.
*Hortensi-
us in bel-
lo Traſſil.*

batur

batur, sed ille successu tam prospero elatus conditiones hasce proposuit, vt Vngaria excedat, & Austria nomine tributum soluat, si minus pacem se nunquam initurū. Nec multum post cum alibi Ferdinandū occupatū sciret cum 220000. militum reuersus Strigonium obsedit, & post multas oppugnationes deditio, non citra prodītionis suspicōrem, eam cepit, inde versus Albam regalem conuersus non tam vi, quam ope densæ nebulae eam adeptus est. Vbi tandem Ferdinandum cum 40000. Possoniam venisse, & recta contra illum tendere intellexit, cuius aduentum cum expectare nollet, dimissis copiis Constantiopolim repetiit, Ferdinandus vterius cum exercitu profecturus à Bohemis fuit impeditus, qui transire Danubium negabant, inclementem cœli temperiem causantes, porior tamen cauſa fuit, quod voti compotes facti fuissent, hoste impedito, ne vltra Danubium exercitū promoueret. Pax tandem inter Ferdinandum & Solimānum conclusa, à Georgio Ioannis Regis fratre homine inquieto, turbata fuit. Ille enim absolum Transyluaniam dominium sibi poscens, Isabellam indigne tractabat, quæ cum Turcarum auxilium implorasset, ille ad Ferdinandū recurrit qui 8000. militum, duce Castaldo, in præsidū ei misit, sed vidua artibus potius quam vi placata, regiohis istius dominium retinuit, ad quam recuperandam Turca exercitū misit copiosissimum & Cippam atq; Temesuariam occupauit, vtraq; tamen paulo post à 70000. Transyluanis ei fuit erepta. Moti fuerunt anno sequenti noui in Germania tumultus, ob quos peregrina in Hungariā

missa fuerunt præsidia, & eadem à ducibus male
fuerunt conducta. Aldano qui Lippam defen-
debat, male cessit Segedmi occupatio, quam
cum vrgeret obstinatus, eius milites qui depræ-
dationi inhababant, maxima clade à Turcis fue-
runt affecti, cumq; Lippam arctius & diligentius
quam Temesuariam tueretur, hæc illi primum
erepta fuit, illam sponte, nondum hoste conspe-
cto turpiter deseruit. Non multum post, Solmias
propugnaculum in monte eminenti situm, Tur-
carum cessit potestati. locus hic commodus &
opportunus ad Lippā recuperandā fuisset, quod
exiguo interuallo ad iectū bombardæ inde distet:
secuta est clades 6000. militū qui sub D'euſelio &
Palaūicino militantes, cæſi fugatiq; fuerunt, q
parte exercitus hostilis fugata, nimis attenti ad
prædā fuissent: cum itaq; nullib; quisquam com-
pareret, qui partes Ferdinādi defenderet, & hosti-
le opponeret, Turcæ Solnock, vnde præsidarii
aufugerant, occuparunt, & Agriā tentarunt fru-
stra, inde depulsi ditionē omnem ferro flamaq;
deuastarunt. Tot cladibus acceptis Transylvani
de Ferdinādi patrocinio atq; defensione à vi ho-
stili desperarunt, Turca quosdam qui contraria
factioni erant addicti, fouebat. Idem faciebat
Rex Poloniæ, Solimannus preces Isabellæ liben-
ter admittebat, quæ se deceptam querebatur,
quod promissa non fuissent seruata, subditæ tot
malis, quæ tam ab amico quā hostili exercitu p-
pelli fuerant, maxime fuerūt irritari. Itaq; vt pri-
mus Costaldus ex prouincia discessit, infans Io-
annes in ea fuit restitutus, Turcarū in primis au-
xilio, a quorū deuotione, cum tota ea ditio, vna
cum

1553.

etim Moldauia & Walachia depéderet, maiores
progressus contra Vngariā luscipere statuerunt,
quorū nonnulli lætos habuerunt exitus, siquidē
Sigetum atq; Iulam Regni totius claves præci-
puas, occuparunt: illam vi cum maxima suorum
strage, hæc per prodigionem vt suspicamur, quod
Dux præcipuus qui illā defendebat, Battoris, qui
à Ioannis partibus stabat cognitione iunctus es-
set. Ex hac Battoreorum familia plurimi Duces
præstatiſſimi belloq; strenuissimi, & magnanimi
heroes exſiterunt, primā gentis ſuæ originem ē
regia familia trahentes, in regni diſſectionib. ple-
rumq; iis aſtiterunt, qui nobilitū defenderūt par-
tes in hoc bello Austriacorū aſpicioſecutiſſunt.
Sed nescio qua ratione ſceleratorum quorundā
opera poſt Ferdinandi morte ab eodem alienio-
res fuerunt facti, culpa imputatur gubernatori
qui Zathmaria præfuit q; ob rebellionē Transyl-
vania exulans, huius loci cura ipſi à Ferdinandō
cōmiffa fuisset, id Transylvani in ſui contēptum
factum interpretabantur: ipſe vero Zathmaria
præfectus quasdam propter iurisdictionē ſom-
lii, quæ ad Stephanūm Battorium spectabat, ri-
xas excitauit: ius quoque Battarei ſuper Zathmaria
prætendebant, vnde primum differentia
nata, qua aucta poſtea cū Ioanne defuncto, Ste-
phanus in Transylvaniā principatum ſucceffit,
& breui poſt Poloniæ regnum adeptus eſt. Nec
ſub eius fratre Christophero extincta, ad tertiu
tamen hæredem Christopheri ſcilet filium Si-
gismundum non transiit, quin præteritarum in-
iuriarum obliuione sancta, odium illud in ar-
cifissimam amicitiam & neceſſitudinem fuīt
1567. Sambia
cum
1564.

conuersum. Sigismundo nō amplius Waiwoda vel gubernatore, sed vero Dominio Trāsylvania, Moldauia, & Walachia, tum etiā Principe imperii existente, sub cuius imperio hā prouincia ad debitam obedientiam redacta, vnde prius in hoc regnum Turcis patebat aditus, Vngaria firmaspe fruitur, tandem aliquando iugum Turcicum protinus excutiendi, accedēte ad ipsius virtutes fausto nominis omnino, siquidem sub priori Sigismundo primum Tyrannidem experta Turcicam, à qua huius alterius ope breui totā se, restituta pristina libertate, liberam iri confidit. Ad hanc historię Turcicę Epitomen collectam ex quam plurimis authoribus, addi potuissent, quę in bello, quod adhuc viget, contigerunt: ea enim compendii instar sunt, plerasq; actionum Turcarum haec tenus vſitarum, si perfidiam in pace temere rumpenda, & iuris gentium violationem in sacro sancta Legatorū persona ppetrata, tum, etiam locorum expugnationes & pugnæ cōmītendæ rationē spectes, sed cum de plurimis successibus nondum vere iudicare liceat ad aliā historiam particularem ea referuabimus, sufficiet nobis res gestas vbi opus erit, breuiter indicate quam de iis iudicium ferre. Ex hac narratione facile videre est, Turcas non casu quodā, vel fortunæ ductu ad tantam potentiam peruenisse, sed artibus atq; potentia, inuitis quoque viribus ea potitos esse: cum autem ob breuitatem, quia in recēnsenda historia vsl sumus, peculiares quidam modi, & procedendi rationes à Turcis obseruatę, iudicari nequiuerunt, de iis singularia capita instituemus, & de astutia & artibus Ottomanicis

nicis, de corundem fraudibus, tum etiam de viribus, quæ in obedientia, thesauris, & militia consistunt, subiiciemus.

DE FALLACIIS ET ARTIBVS.

Ottomanicis.

Nemo vñquam sublimem atque eminentem quādam dignitatem solis viribus, nulla adhibita fraude, adeptus est, plurimi sola fraude ac violentia ad eas peruererunt, vt annotat ille, qui lib. 2. o. 13. Secretarium scripsit. Romani sub p̄textu societatis & amicitiæ cum vicinis pacta, potentiam suam auxerunt, adiuti sociorum auxiliis, quibus posthabitis sibi solis parta bello attribuebant, socios postea ipsos cum fraude cognita, rebellionē molirentur, aggressi, eos domuerūt. Xenophon verum Principem sub Cyri persona describens, dicit, illum Armeniam atq; Medianam non armis, sed fraude acquisiuisse, innuēs cum sine dolo ad tantam potentiam & dignitatem non fuisse pertineturum. Duo autem notātur fallaciaturum genera: Primū intelligitur, pro omni effectu actionis cuiuspiam incognitæ, & inexpectatae, vel saltem quæ iudicatur inepta & inutilis, vt tale quippiam in eiusmodi persona, tempore & loco producat. Deinde fallaciam dicimus, omnem actionem & effectum inexpectatum, non propter aliam causam, quā quod impossibilis haberetur in tali persona, loco & tempore interueniente iure amicitiæ, vel fidei datæ. In primo genere p̄supponimus certum quoddam ingenii acumen ac promptitudinem, & recte Ars vel astutia vocari potest, quæ in plurimis cum ipsa prudentia conuenit, vnde laudem quandam meretur. Alterum

genus fallaciarum malignitatē adiunctam habet & hominum commercio aduersatur, quo leges violentur, iura cōmunitia & naturalia euertuntur, proprie fraus, dolus, periurium, proditio nominari debet: illudue comitatur vituperium. Vt. gitur cognoscamus, quid laudis, quid vituperii habeat Domus Ottomānica, utrumq; genus fallaciarū, artes videlicet ipsius, atq; fraudes examinabimus. Ars & astutia Ottomannicorum dici potest, singularis illa solertia atq; diligentia, qua in omnes occasiones intenti vigilarunt, nec vīlā ē manibus sibi elabi pāssi sunt commoditatē, quę rebus ipsorum conducere poterat, vicinorū discordias non solum fouendo, sed etiam procurando, vt debilitatos facilius vincere possint. Astutia ipsorum adtribuēdūm, quod omnibus qui implorū opem implorarunt auxiliū prāsto tulerint, partem igitur alaciorem & potentiorē auxilio debiliores oppresserunt, debiliores multo faelius superarunt, ipsi sāpius auxilia obtulerūt sub p̄textu innocentia, vt oppressos iniuria vindicarent. Vladislao electo regi Vngariae auxiliū per Legatos obtulerunt contra Albertum Austriacū:

Bonf. l.24. 1439. verum ille morte fuit praeuentus. Coruino filio naturali Mattiā pmisit auxilium sponte 40000. militum cum quibus Regnū paternum Vladislao II. eriperet, prætendens Baiazethes se iure id facere, ob parentis in se meritum, qui durate dismissione cum fratrib. maxima illi damna inferre potuisset ei tamen pepercisset. Sic Laurentio illi qui ab Vngaris desciuerat maxima pmisit auxilia, pro quibus vnicū saltē propugnaculū in Dalmatia sibi poposcit, cuius ope aliunde impressio nē facere posset: ille tamen vtrāq; respuit: Vtro

lib. 40. 1491.

lib. 40. 1514.

igitur Turcæ, vbi nō fuerunt vocati, se se insinuarunt: vbi vocati, semel fuerunt admitti, non facile rursus potuerunt expelli: Imitati herinaceum illū de quo fabula tradunt, illum semel pluviōsō cœlo à serpente in angustum antrum admisum, ibi cōmode suos aculeos explicasse, & serpentē offendisse, serpenti conquerenti respondisse si manere nolit, abire liceat. Astutia Turcæ dicenda, quod sentiens plus sibi ad acquirendam victoriā strictam atq; seueram disciplinā militum, quam arma conferre, celeritate in bellis vti consuevit, breui tempore iisdem finē imposuit, maximoq; cum exercitu atq; apparatu eadem gessit, Romanorum haec in parte exemplum imitatus. Vbi igitur expeditionem quandā, cum numerosissimis copiis suscipit, eamq; feliciter ad finem perducit, copias reducit subito, antequā nostrates qui tardiores sunt in apparatibus faciendis pedem moueant, vnde & tēpus & pecunia frustra insumitur. Neque vñquam ad pugnam descendit, nisi de victoria vel propter immensam suorum multitudinem, vel ob alias cōmoditates, quæ ipsi potius, quam hosti seruiunt certo confirmatus sit, neque turpe etiam dicit hosti cedere, modo id suo cum commodo fiat. Astutia & non casus fortuitus fuit, quod excursions crēbras & imēnsas (ad quas magis idoneū se suosq; q; ad statarias pugnas cognouit) sāpius tētauit, iſsq; plurimas pūincias déuastauit, & in eū statū reduxit, vt quę p desperationē ei⁹ imperio nō cessisset vel tributū soluere parata esset nullo-negocio ab ipso supari & vi opprimi potuerit. Huc accedit, q; eiusmodi excursionib. milites semp laborib. bellicis

exercitati, & præda opima locupletati fuerint. Astutia Turcica dicenda, quod vbi ad manus venire aliquando coacti fuerunt, suis incommoditatibus aliunde prospexerunt, non audacter in hoste impetum faciendo, sed eundem excipiendo, nuc timore, nunc fugam fingendo, nostras copias armorum grauitate defatigatas, & eorum ordine turbato tamdiu ludificarunt, & circumegerunt, donec manifesto cōspexerūt suum commodum, vnde victoriis potiti sunt celeberrimis, in Asia quidem cōtra ambos Paleologos, in Vngaria vero ad Varnam & Móhaz, & forsitan, si quis id credere velit, ad Agriam. Astutia quoque fuit, vnde, vt Græci referunt, plurimum Turcarum res proximæ fuerunt, quod bello capta mancipia hinc inde in varias provincias dimiserunt, & incolas atque habitatores diuersarum regionum inuicem commutarunt, atque eos saltem, quos maxime indoneos ob ætatem & ingenium iudicabant, infecta Mahometana institui curarunt. Hinc Turcarum copiæ vehementer austæ, colonias, Romanorum more, ad imperii limites ducere potuerunt, qui regiones vacuas habitatoribus incolebant.

Hæ artes iunctæ institutioni militari, de qua inferius, & stratagematibus, quas annotamus, origo fortunæ atque incrementi rerum Ottomanicarum dici possunt, quæ consistunt in industria & prudentia, in quibus Turcæ non barbarum, sed vere Græcum esse, abunde appetet. Fraudes atque doli malitiosum genus fallaciarum domui Ottomannicæ turpissimam inusserunt maculam, eiusque gloriam haud mediocriter obscurarunt. Sed

quid

quid mirū, ex media barbarie orti Turcæ, ad Europæ humanitatem atque ciuitatem progressi, Græciam sibi domicilium ac sedem firmam elegerunt, vbi fides ipsa vna cum religione, non modo penes priuatos, sed etiam apud ipsos Principes atque adeo imperatores, extincta & abolita fuerat. Neque promissorum, neque iuramenti villa habebatur ratio, quod ad nauicam vsque in Historiis Græcis legimus, & vitium illud multoties in ipsis paleologis deprehendimus : si ex Græcis Nices. autoribus ruptæ ab Ottomannis fidei exempla lib. 5. compilare vellemus, integra nobis conscribenda forent eius rei volumina. Sed cum iam à multis annis, fides, seu perfidia potius, Turcica in Vngariæ regno notissima sit, sufficit mihi relictis vetustioribus exemplis annotare quid contigerit præsidiarii qui Budæ, Vloppii, Soclesiæ, Strigonii Albæ regalis Iulæ, & Agriæ ditionem fecerunt, vbi fidem habentes pactis iuratis, Turcis se se crediderunt, qui vt eorum bonis potirentur iunctæ perfidia cum auaritia misere eos occiderunt. Neque Princeps excusari potest, quod se inuito & nolente eiusmodi facinora à militibus perpetrèt, tum quod nunquam dignas propter eiusmodi enormitates, ipsis pœnas inflixerit, tum etiam quod suo exemplo, omni crudelitatis genere, ad similia perpetranda, eos instigarit. Mahometes Bonf. l. 3a. sub prætextu colloquii de seriis & maximis momenti rebus habendi, Stephanum Bosniæ & Raſcia Regé ad se euocarat, quem, vbi comparuit, perfide secum retinuit, & viuum crudeliter exco- riari iusfit, occupatis quas possederat ditionibus. Idem plane & eodem modo contigit Mailato Trá-

1524.

1543.

1552.

1565.

1596.

Bonf. l. 3a.

1463.

1542.

syluaniae Waiwodæ, sed neque Legati, qui apud
 omnes gentes sancti & inviolabiles habentur,
 secure apud Turcas versari potuerunt: Lascus à
 Ferdinando pacis tractandæ cauſſa ad Soliman-
 num missus, in carcere fuit detruſus, inde diu niſ-
 sus in itinere ex oblato veneno extincetus est. Ini-
 tio eius, quod adhuc durat, belli, Legatus Cæſa-
 reus Grocouicius ad mortem vsq;. in carcere fuit
 detentus, quod post Bicciā, contra pacis con-
 ditiones, captam, Cæſarem nō impediuit, quo
 minus arma in vindictam rupti fcederis sumeret,
 & autor exstisſet, vt consueta tributa, dona &
 munera Turcis mitterentur, ne vltterius procede-
 rent. Eo processit Barbarorum arrogantia nostris
 discordiis confirmata, vt continuos de nobis triū-
 phos agere cogitent. Et videtur sane perfidiam
 Domus Ottomannicæ augeri indies, vbi cunque
 spes lucrī vel imperii accrescendi, occasio interue-
 nit. Quin singularis stratagematis loco, perfidia
 vtuntur, vt vicinis metum atque formidinem in-
 cutiant, quasi ipsorum amicitia non indigeat, fre-
 tis suis armis. Eodem recidit Mahometis dictum
 ex Eutipide allatum, quo etiam Iulius Cæſar vſus
 est; scilicet solius Regni cauſſa ius violandum el-
 ſe, cogitabat enim Europeis, erupta pace sancte iu-
 rata atque inita, bellum inferre. Eadem fuit Baia-
 zethis ſententia, cum Sigismundi legati ipsum
 hortarentur, vt Bulgaria abſtineret, qua nullo iu-
 re ad ipsum ſpectaret, Legatos in domum quan-
 dam duxit, qua vndiq; armis ſtrata & ornata erat,
 eisque respondit, ius ſuum ſupra Bulgariā ad mu-
 ros vſque ſeſe extēdere: innuens rationes potio-
 tes, quibus inniteretur, in armis conſistere. Non
 igitur

1542.

1593.

Bonfin. I.
23.

Lib. 13.

igitur abſque ratione Mattias cognita Turcarum
 perfidia, Mahometis III. Legatos admittere vo-
 luit, quod ſub ſpecie pacis grauius bellū eum ma-
 chinari cognoſceret. Et hæc haec tenius de fallaciis
 atq; fraudibus Ottomannicorū dicta ſufficient.

DE VIRIBVS TVRCARVM.

CVM non ſolum aſtutia & fraude, ſed viribus
 Ceriam adhibitis, & violētia, vt fieri ſolet, Do-
 mus Ottomannica ad tantam potentiam perue-
 nerit, conſiderandum in quibus rebus robur eius
 rācipuum conſiftat, nimirum in authoritate, ſi-
 u obedientia, theſauris & militia.

DE AVTHORITATE SEV obedientia.

TANTA erga Imperatores Turcas exſtitit ſub-
 ditorum obedientia, vt maiore vix mente co-
 ſipi, par autem introduci non poſſit, niſi eadem
 adhibeantur media qua efficacissima hæc Reli-
 gio & Secta experta eſt. Primum, quod occurrit,
 medium, ardentissimus Zelus Religionis eſt, cu-
 ius ſuprema iurisdictio, cum Regia atq; adeo ab-
 ſoluta authoritate, penes imperatores conſiftit, à
 primo Mahomete ad ſuccelfores tranſlata, cuius
 ſtimulis adeo irretiti tenetur ſubditorū animi, vt
 vere beatū ducant, qui in Regis obſequio vitam
 profundit; id qui facere recuſat vel conſirma-
 ri ſeſe præbet, grauiflma poena & caſtigatione,
 vt qui & Deum & Prophetam grauiter of-
 fenderit, dignus cenſetur. Secundum medium

in eo consistit, quod omnis imperandi potestas ab uno solo dependet, nec magis singularis vel absoluta aut exactior potestas in quoquis imperio cernitur, quam ipsi Turcarum Imperatores habent, eam duobus modis acquisuerunt, tum quod nunquam habuerunt imperii amulos vel socios occulis omnibus cognatis qui ius aliquod super illud pretendere possunt, ars barbara & execranda, quae tamen ad reprimendas discordias plurimum valet. Deinde quod nullum genus dominii subditis permiserunt, integrumque reliquerunt, unde rebelliones exorti possent, idque hac ratione: cum Ottomannus principatum atque imperium subditorum sine competitore acquisuisset, morem introduxit, ut omnia immobilia Imperatori cederent, & ex reliqua præda decimæ ipsi penderentur. Hinc prouinciarum atque urbium dominium consecutus, iisque gubernatoribus, quos pro libitu mutare poterat, regundas concessis, duobus modis id commodis ipsius condidit, quod nimis fortitudinem militum recompensare potuerit, concessis iisdem prouinciarum administrationibus, unde fauorei & benevolentia parata erat, & alios spe remunerationis ad virtutem excitauit. Deinde omnem rebellionis causam atque occasionem, ablato dominio, sustulit, filios ipse parentum amplias hereditates acquirendi priuauit, ne ansam haberent vitam otiolam agere, sed potius excitarentur ad paternas virtutes imitandas ob quas digni haberentur, qui in officiis quoque illis succederent: oppida, domos, campos & tura bello capta inter milites spectare fortitudinis distribuit, ea tamen lege, ne vel testamento,

mento, vel quoquis alio modo alienare ea possent; Imperatori integrum relinquebatur, eadem cum velle repetere, solo usufructu subditis concessa, quo tanquam beneficiarii fruebantur: Eadem fere ratione, quemadmodum apud nos vasalli feuda à Dominis feudataris accipiunt, quæ tamen paulo ampliori cum iurisdictione largiuntur. Pro ratione igitur prædiorum Ottomannus vasallis vnu vel plures equos & seruos in bellum ducédos obstrinxit: reditus habet ex decimis, quas rusticis solunt, ex mulctis & muneribus, quæ ipsis obseruntur. Huc accedit coloniarum vius, quæ ad subigendas prouincias & domandos subditos plurimum prosunt. Si enim ex uno loco ocs incolae priores alio habitatu ducatur, unde in patria redeudi, pristinâ libertate recuperandi spes eis aufertur, & in horu locu nouis inquiline regio eadem locupletetur, quib. tota prouincia dicto modo distribuat, nulla editionu vel rebellionu causa supererit, tota regione cu nouis habitatorib. fere immuta ta. Tum etiâ consuetudo Aulae & modus procedendi, in illis principiis obseruatus, verâ obedientiâ peperit: Aula namq; refertiissima erat illustribus viris, qui è regio sanguine descendebant, ibidem nō alebatur vt officiis, & prouinciaru administrationibus præficerentur, sed potius vt ornamento essent aulae familiæque imperatoriæ, rum etiâ, nrebus nouis studerent, si abessent longius. Non enim moris est quenquam ad sublimes dignitates promouere, nisi qui cubiculo Imperatoris præfuisset, ii ab infantia in aula nutriuntur, vt aliū dominum, fautorē vel patrem nō agnoscant, q; ipsum Principem. Hinc sit, vt o. Bassa, Beglerbegi, Agx, &

reliqui officiarii atque milites aulici, Imperatori
sint mancipia, qua seruitute & nomine cum non
quam liberentur et si supremos dignitatis gradus
concedant, factum ut brevi tempore, omnes in-
colæ, & vniuersa regio in seruitutem imperatori
cesserit, quæ seruitus non modo in vitam manci-
piorū, sed in omnia etiam bona ipsorum, diuitias,
& liberos sese extendit. Non igitur ostētationis &
humilitatis caussa Bassæ, & reliqui officiarii infe-
riores mancipia sese nuncupant: Sed quod reuera
iurisdictionem absolutam Imperator in eorū bo-
na & vitas habeat. Hęc cōditio est subditorū Tur-
cici imperatoris, in primis vero eorū qui arma tra-
stant, quorū vita & opes à mera & nuda voluntate
Principis dependēt, neq; vlla, vel speciali liber-
tate vel priuilegio eius imperiū coeretur, libertū
ei est absq; confensu & consilio subditorum dei-
psorum vita & bonis pro libitu disponere, neque
ei quisquam contradicere audet.

DE REDITIBVS ET THESAV- RIS Regis.

NIMIS foret curiosum ac difficile, inquire
& perscrutari qui & quanti sint Turcici Im-
peratoris reditus, sufficit nobis ostendere Turci-
cos thesauros inexhaustos esse, & nulla ratione
nostris opibus vinci posse, alia igitur media inue-
niēda ut ipsum supereremus. Ducatus aut Turcicus,
quę cū Vngarico & Zecchino Veneto contenire
pretio singimus, 54. Aspros valet. Vnde non nulli
reditus Turcici imperatoris huc in modū supputāt.
Ex Zeccha seu monetaria officina singulis annis
percipit 100. millia ducatorum, vbi nouus Prin-
ceps

ceps inaugurator, noui cūduntur aspri, quorum
10. faciunt 12. veteres, inde 800. millia ducato-
rum ærario regio accedunt, primum hęc consue-
tudinem Mahometes II. voluit singulis decenniis
obseruari, quod tamen postea fuit irmutatum:
Metalli fodine conferunt 100. millia ducatorum,
tributa, vestigalia & portoria 1700. millia, salmæ
500. millia: sub Baizeth illustrata fuerūt in 12000.
Christianorum, qui omnes tributa soluerunt: sub
Selimo 1333000. non connumeratis iis qui in A-
sia Provinciis, nuper deuictis, habitant & 6000.
domibus Christianis, quæ homagii loco vnu tan-
tum falconem donant: Lege Mahometana cau-
tum est, ne à Turcis vllum exigatur tributum, in
cuius vicem honorarium tantum soluent, 25. a-
sprorum pro capite, Christiani 30. contribuunt,
præter extraordinarias impositiones, 30. 40. vel
50. asprorum, quibus offerantur singuli vbi clasfis
instruitur, eius tamen pecunia pars non exigua
solutis omnibus sumptibus Imperatori remanet:
Cairi Regnum 15000. equos, & auri millionem
Constantinopolim singulis annis mittit: officio-
rum quæ vocant reditus Imperator ipse percipit,
ii in singulos annos 500. millia ducatorum effi-
ciunt: si quis sine hærede moritur, bona quæ reli-
quit, vel si quæ alia exstāt, cuius dominus ignorat
ad Principem deuoluuntur: vnde 600. millia
ducatorum annuatim colligit: Decimæ præda-
rum, quæ terra marique rapiuntur Imperatori
penduntur, quemadmodum & reliqua ex fru-
gum & pecudum reditibus collecta, quæ cū mul-
ctis in stipendia militum conferuntur: Neq; quis-
quam ex officialibus reperitur licet annuū stipen-
diū percipiāt, qui homagii nomine singulis annis

Imperatori munus quoddam nō offerat. Ex his
cereditibus omnibus ferunt nonnulli tempore
Solimanni militum stipendiis & aliis impensis
solutis, s. milliones singulis annis in erarium im-
peratoris fuisse reconditos, præter tributa, qua
Christianæ prouinciæ conferunt, vt pacem sibi
redimant. Nec est, vt quisquam putet Turcam
continuis bellis thesauros suos exhaurire. Nihil
enim in bella insūnit, sed lucratur insuper modis
extraordinariis, siquidem exercitui certa sunt pa-
cis bellue tempore assignata stipendia, quæ vbi
contra hostem milites educuntur, non augētur,
tribus autem modis potissimum in bello luctum
facit: Primū, omnia oppida & pagi obligati sunt
in castra imperatoris farinæ & hordei quantita-
tem, quo cunque iubetur, deportare, sub Selimo
in Europa numerata fuerūt 70. millia pagorum
mediocriū, præter eos qui in Asia & prouinciis ab
illo acquisitis repetiuntur. Secundo decimas, vt
dixi, ex raptu & præda habet. Tertio loco sunt
munera. More enim receptum est, vt omnes Bal-
sa, Beglerbegi, Sägiacchi, & alii officiales Impe-
ratori, vbi ad exercitum peruenit, fese sistant, &
munere quodam ipsum honorent, id cum fiat in
publico & in conspectu omnium, ambitiose in-
uicem certare solent, quis spléndidius & præstan-
tius donum Imperatori offerat. Non igitur ex-
pendit, sed colligit pecuniam belligerando, secus
euénit nostris Principibus, qui raro ditiōres, sed
plerumq; exhaustis ærariis pauperiores ex bello
redeūt. Quod si verū esset, q; dici solet, Belli ner-
uum in pecunia cōsistere, plane inuincibilis no-
bis Turca habēdus esset, de qua re paulo inferius.

Mi-

*MILITIA TVR-
cica.*

CV M Lex ipsa Mahometana, armorum patro-
cinio primum exorta, & in posterum con-
seruata sit, posthabito omni auxilio q; à Philo-
phiæ & Theologiæ studiis p̄manare posset, eius
asseclæ solam militiam, tanquam verum & vnicū
scopum omnium suarum actionum propositam
habuerunt, & tanto studio eiincubuerūt, vt ef-
ficacissimum belligerandi modum inuenerint,
quit tanto maioris faciendus, quod eo, tam diu-
turno tempore, imperium conseruarunt, idque
violentissimum alias latissime ampliarunt, con-
tra ipsam naturam violenti, quod nunquam diu-
turnum esse solet. Igitur de militia Turcica ali-
quid dicendum, quam diuidimus commode in
Portam seu aulam, in Timoriatos & eas copias
quas ad imperatoris mandatum subditæ prouin-
ciæ in bellum mitttere coguntur.

*PORTA SEV AVLA TVRCICA
& eius stipendiarii.*

CV M officia & munera aulica cum ipsis Mo-
narcharum & Imperiorum incrementis in-
diēs mutentur, nemini mirū videbitur si scripto-
res, in recensendis rebus Turcicis, nominibus &
militum numero atque militia constitutione,
varient. Nos in harum rerū descriptione præter
antiquiores fidorum quorundam hominum re-
lationes sequemur, qui statum harū rerum cuius-
modi sub Solimanno fuit, descripserūt, cum sub

hoc imperatore imperium Turcicū maxime flo-
ruisse credendū sit. Etsi nōnulli Portæ seu Au-
læ constitutionem Ottomanno tribuant, Amu-
rathes tamen ad perfectionem & splendorem
eam pduxit, eamq; illustrium vitorum copia ac
præsentia ornauit. Porta autē dicta fuit, quasias-
pertum quoddam Asylum, omnibus iis patens,
qui benignæ p̄tectioni huius imperii se subie-
rint. Dicunt nonnulli sub Baiazethie 18000. sti-
p̄diarios enutritos in aula fuisse. Eorum nume-
rum sub Selimo & Solimanno ad 35000. excre-
uisse, qua in re duo obseruāda occurrunt: primū
q; inter stipendiarios non recensentur nisi præ-
cipui & domini ipsi, seruis eorū quos ad bellum
sum alere coguntur, nō numeratis: secundo q; in
hoc numero non milites solum comprehēdun-
tur, sed ali⁹ quoq; officiarii, Muftius sc. qui prim⁹
& præcipuus est Legis interpres, Cadileſieri qui
sunt supremi iudices, Cassinatarbassi qui supremi
Thesaurarii officio fungitur, Emitlem⁹, qui bel-
li insignia distribuit, Eunuchus præcipuus, qui
præst⁹ Reginæ cubiculo, primi Visieri, Eunuchi
qui in Seraglio seruiunt, ostiarius, cōquis, hor-
tulanus, quib⁹ alii collegæ & ministri parent: Tū
qui armamentarii reparandi & instaurandi curā
habent. His omissis, & stipendiariorū in alium lo-
cum reiectis ad alias trāfcamus. Sciendum initio
aulicam militari & officiarios cunctos hac ra-
tione in Turcicam seruitutem deuenire & man-
cipiorum numero adscribi: cuim Turcicus Imper-
ator absolutam imperiū potestatē, & supremā
iurisdictionem in suos subditos obtineat, neque
eius imperium ullam limitationē vel exceptionē
patiatur, præter decimas redditum & spoliorum

decimas quoq; è liberis Christianorū exigit. Res
miserabilis & deplorāda, q; ministrorū q; ad tribu-
tū hoc exigendū cōstituti sunt, crudelitate magis
misera & calamitosior reddif. Hi elapo quinquē-
nio oēs puincias puagatū sibi q; oēs Christiano-
rū filios, q; 10. vel 14. ætatis annū attigerūt, adduci
in cōspectū cogūt, ex iis semp quintū segregat, qui
maxime ipfis arridet. Robur in primis & corporis
cōstitutionē cōsiderat, facta collectione, quæ a-
scendit ad 10. vel 12000. puerorū, Constantino-
polim eos deducunt, vbi cum iis, q; ex p̄rāda Im-
peratori cedunt & ære comparātūr, in duas clas-
ses seu cohortes diuiduntur: in priori asservātūr
ii, qui liberaliori sunt vultu & facie decentiori,
in altera vero q; rudiōres & agrestiores videntur.
Hi qui rudiōres, per Natolia oppida distribuūt,
& rusticis operib. ruri sc. arādo & pecudū gregib.
custodiēdis, materiæ atq; lignis ad ædificia portā-
dis aliisq; eiusmodi labōrib. applicāt, vt corporis
vires roborent & confirmēt, quo magis idonei ad
militiā euadāt. Nonnulli ad remos alligātūr, non
vt nauiculariā discāt, sed vt assiduis molestiis cal-
lū obducant, vbi 18. ætatis annū attigerunt (quo
tpe nullo pretio Impatorē cōstiterunt) & in Tur-
cica lingua & morib. fatis sunt edocti, q; mari ser-
uiunt, Galliopolim vocant vbi triremib. impositi
curæ ac discipline seniorū Ianizarorum cōmit-
tuntur, vt ab iis instituantur arte militari donec
reliquorum Ianizarorum matriculæ inserantur.
Qui in Natolia fuerūt enutriti in Seragliū Con-
stantinopolitanū vel alia pertrahuntur vbi mi-
litarem addiscunt artem, in primis v. arcū tendere
bombardas explodere, & reliqua belli exercitia

tractare discunt. Ex hac classe suppletur numerus custodum atq; regia, quorum numerus constat 12000. Ianizarijs selectissimis, sumptibus Imperatoris institutis: Hinc alium patrem vel fautorē præter Imperatorem non agnoscunt, in aula nihil aliud præter eius maiestatem, liberalitatē & laudes decātari audiunt, vnde affectus & reuerentia erga imperatorem adeo in ipsorum membris obfirmatur, vt tanquam ab ipso creati, fidelissimi & obedientissimi existant. Hi cum eandē habeant originem & eadem disciplina & arte instituti & imbuti sint, nerū robustissimum Turcicæ militiæ efficiunt, imitantes eam qua toties cōmendatur Macedonum phalangē, vel Romaniorū legionē, licet hi leuiter tantum sint armati. Eorum Aga vel Dux præcipuum munus aulice militiæ gerit. His sunt quibus cura atq; custodia præcipua totius aulæ & palatii regii cōmissa atq; concredita est, qui ipsum Principem & eius thesauros ruentur atq; defendunt: vbi regni causa lis atque dissensio oritur, illi eam decidendi protestatem habent, plerumque enim in regno lucedit, quem illi tanquam palatii Rectores eligūt. Eorum benevolētiam imperatores s̄p̄ius multis priuilegiis & immunitatibus sibi compararūt, quib. insolentiores redditī, ipsis s̄p̄ie imperatorib. metū atq; timorem incusserunt; matrimonia non contrahunt, ob nullum atrocius delictum, ne ipsum quidem homicidiū, grauiori pœna, quā capitis diminutione, nomine ipsorū ē matricula deleto, vel relegatione in præsidia longinqua, vbi gratius ab hoste periculū imminet affici queunt: pugnacula Ianizari tuētur. Asapii vero dupli-

numero verbi portas custodiūt, vt immunes sint à Ianizarorum insolentiis. E Ianizarijs eliguntur 200. satellites q; semper latus Imperatoris circūstipant, ex iisdem 300. alii ad portas aulę excubāt quorum dux Capitbasti dicitur, q; officium inter præcipua refertur, q; aditus inde ad Sangiachatum pateat. Mille Ianizari canes venaticos curāt. His omnibus Aga imperat, sunt tamē inferiores quoq; duces Iacoballi, seu Centurio, Oddobassi, Decurio seu vicarius, Alfier iudex, & scribæ. Oddobassi seu Decurio subditis suis militibus hospitio & vieti, in expeditione vero equis ac tentoriis, prospicere tenetur. Nemini ramen equo incedere permittitur, præter centurioni, vicario, & iudici, stipendia ipsis numerantur singulis mēsibus. Aga ex timariis seu feudis percipit 6000. ducatos annuos, à thesaurariis vero plus 1000. asperis singulis diebus, vicarius eius habet 3000. ducatos ex timariis & 200. asperos: centurio 60. asperos: 40. Decurio: Ianizzari priuati quinq; habent, ob benemerita tamen octo interdum ipsis numerantur; vbi egregia fortitudinis edunt spēcimina ad gradus altiores, vel satellitū vel ostiariorum, vel aliorū promouentur, quorum quilibet 20. asperos in dies singulos accipit, quidā etiam Sangiacchi crēatur. Præter stipendia illis largitur singulis annis arcus, 2. induſia, & panni tantum, vnde ad conficiendam vestem eis sufficiat. His sunt qui ex classe posteriori robustorum & agrestium puerorum, desuntur. Quod attinet ad alterā classē puerorum, q; nobiliori & acutiori ingenio prædicti esse videntur illi p Seraglio, quē sunt Constantinopoli, Peræ, & Adrianopoli.

Laoni. l.
50.

distribuuntur: eorum 500. Constantinopolia sunt sub Eunuchi disciplina, iicq; è tota cohorte segregantur, vt in lege & lingua Turcica, atq; aliis honestis armorū, & rei equestris exercitus instituantur. Ex his sex ad cubiculū regij destituti sunt, eius curam atq; custodiā bini singulis dieb. per vices gerunt: vbi hoc munere ad tēpus functi sunt, alii ipsis subrogantur. Priorē vero q; 18. annos nati in Spohorū numerū asciscuntur, & ad grauiora munera prōmouentur, prout artas atq; industria ipsorū meretur, nimirum Agā vel Bassā crēatur. Spachi (Spachio glani seu iuuenes equestres ab aliis dicit) initio pauci fuerūt numero, ad 200. fere, pleriq; Principiū erant filii, vnde ferunt in Peloponnesi expugnatione nobiliū filiūs in Seraglii fuisse cōseruatos, & Imperatoris Trapezuntis filios eodē collocatos fuisse, vt discerent, & se se exercitarent: in hac turma versabātur quoq; initio imperii, ii Principes, qui autā sequi necessario cogebātur: vbi vero paulatim illustres Græciā familia extinctae & abolitae fuerūt numerū vero equitū istorū ad 3000. excreuit fieri nō potuit vt eodē rigore electio hāc fierer. Nobiliū igitur familiarū defectū suppleuit honesta & liberalis educatio, & pulchra atq; liberalis facie & corporis constitutio. Horū Spachorū quilibet quinq; seruos equites in bellū ducere, & in eundē vsum semp alere cogitur, ii inseparata turma ad lat⁹ dominos suos sequūtur, sed ob splendidū vestitū quo induuntur nō minus sunt conspicui, q; ipsi Domini qui sericis & Attalicis vestimentis induiti & generosis equis instruti, splendissime incedunt. Eorū arma p̄cipua sunt mācha

chera, claua & lancea. Post Persicū bellū ferreis quoq; thoracib. affabre factis armari cāperunt: Ipsorū Aga ex Timaris & stipendio habet 500. asperos in singulos dies, Spachorū vero q; libet 25. vlcq; 40. asperos accipit. His vbi maturiore ētatē attigerunt in matrimoniu collocant puerā q; ab infanthia tanq; mancipia fuerūt enutritā in Seraglio priuato, vbi semper 300. alunf. Slichtari aliud genus equitum numero & pōpō Spachis similes, viliora habent stipēdia, & tres vel ad summū quatuor seruos alere tenēt ex Seraglio puerorū Constantinopolitano legregantur, cui⁹ defectū alterū q; est Perē supp̄let. Agā habent & reliquos belli ministros: in acie & expeditionib. sinistrum cornu Imperatoris defendunt: Spachi vero destrū: Ex iis 500. diurnas atq; nocturnas excubias armati ad regis cubiculū agunt, à quibus dā eodē cum Spachis nomine, cōprehenduntur cum exigua inter illos sit differentia. Duæ adhuc equitū sunt cohortes numero & pōpō priorib. inferiores, quib. tamen armis & robore bellico non cedunt. Vtraq; peculiarē habet Agā. Altera 1000. equitib. selectissimis cōstat, ex ignobiliorib. hominib. collecta, quorū tamē virtus & fortia facta nota sunt. His multi se se adiungūt lanizari, tum imperatoris, Bassarū & caliorū magnatū serui ac mancipia. Illi n. honori sibi ducūt, si quē è suis militante habeat inter eos, q; ob virtutē imperatori chari sunt. Altera cohors 1000. equitum est è Turcis natis collecta atque conscripta, qui soli in aulam recipiuntur, nec admittūtur, nisi exercitatis simi, quiq; multis heroicis facinoribus fortitudinem suam testatam fecerunt, in iis inspi-

mis requiritur dexteritas & agilitas in equitando, in vibranda lancea & stringenda machæra: Ut videatur cohors hæc ad ostentationem dexteritatis collecta esse, ordines æque atque priores in acie obseruant, iisque non sunt inferiores, viliora tamen stipendia habent nec ultra 2. seruos alunt.

Descripti totam aulicam militiam quæ constat 12000. peditum & 40000. equitum, militibus scilicet selectissimis. Inter proficiscendum Ianizari quasi corona cingunt imperatorē, à latere eū circumstipant Spachi atq Slichtari: hos sequuntur duo reliqui equitum ordines: serui à latere, remotiori tamen loco, suos comitantur dominos. Post Ianizaros proximo loco incedit Emissarius coram quo imperatorium vexillum albo & viridi colore insignitum, portatur, illum excipiunt sex Sagiachi, quorum quilibet lanceā, (cuius cuspis aureo globulo, & parte caudæ equina, armata) gestat. Eodem ordine acies instruuntur, & castigantur, in quorum medio aula & prætorium constituitur, quod reliquius exercitus tanquam agger circumuallat, quin & Ianizari saepius sua tentoria palis in terram defixis muniuerunt, quemadmodum ad Varnam contigit, vel machinarum catenis inuicem deuinctorum atque ligatarum vallo sese muniunt, yt ad Agriam vidimus. Præter eas, quas modo numeraui copias nonnulli alii reperiuntur, quos vel genus familiae, vel officii ratio in bellū trahit: iudices nimirum, Thesaurarii, & consiliarii. Hi longos mancipiorum series secum ducunt, quidam eorum tria, alii quartuor vel quinque millia seruorum possident, qui solis vestibus, armis, & dominorum insigniis interno-

ternoscuntur. Sed notandum hic, cum omnia officia iis conferantur, qui Christianis parentibus natissunt, non ignominiæ verti, si captivi serui fidè, eiurent, quin etiam ubi fortis sese in bello præbent, Domini libentius eis filias matrimonio quā ipsis Turcis elocant. His præter victum & vestitum Domini certum quoddam stipendum numerant, ne furentur. Quin ne ipsi quidem Domini propriis sumptibus eos nutritiunt, sed cum teneantur pro s. aspris equitem in bellum singulis diebus sistere, tot solent alere mancipia iis qui copiā seruorum maiorem habent, præter stipendia extimarorum redditibus prospectum est. Si quis ea, quæ dixi, diligentius examinet, inter stipendiarios Turcas, reperiet ad minimū duas terrias è Christianis constare, qui fidem eiuraruunt, non solum propter aulicorum, verum etiam eorum copiam qui Timaris fruuntur, & Beglerbegorum atque Sangiachorum seruos, quorum maximam multitudinem alere solent, iis maxime fident, quod sub ipsorum stipendiis & auspiciis tanquam propria quædam cohors militent.

Tres quondam solebant esse consiliarii intimi, qui ad imperatorem omnia negocia deferebant, & responsa lata exequabantur. Sed Beglerbegorum iudices supremi (quos Cadileschierer vocat) in concilium intimum admittebatur, in quo Muftius præsidet, cui nemo contradicere audet. Numerum Bassarum auxit Solimanus, quarto, prioribus tribus, Barbarossa scilicet, addito, quem etiam Bassæ titulo condecorauit, eadem etiam potestate & titulo Beglerbegis concessso, quo nostro tempore etiam Sangiachos gaudere cernimus.

Vnde in Europa tot Bassæ numerantur, qui quædam Sangiachi tantum vocabantur, ut est Bulgaria, Bosnia, Temesuariæ & Budæ, nec non etiam hodie Iauarini Bassa. Gallipolis Sangiachatus, qui mari dominatur in Bassæ officium sub Barbarossa fuit conuersus. Volunt nonnulli etiam Beglerbegorum numerum in Europa auctum esse ut prius in Asia contigit, sed numero crescente, decreuit dignitatis autoritas. Fuit tamen differētia quædam inter Bassas obseruata, ut qui in aula viuerent Visieris seu consiliarii, & inter illos maximus Visierus seu præfes vocaretur. Ad hanc dignitatē, quemadmodum etiam ad reliquias supremas nulli admittuntur, nisi quod cubiculo regio quædam præfuerunt. Barbarossa solus fauore Solimanni, qui ipsi plurimum fidit, ad hunc honorem ascendit. Supremus Visierus 2 500. ducatorum habet in redditum; Reliqui non minus 1 600. Ad seruos autem nutriendos, & sustentandam familiam haud minorem summam ex timaris percipiunt: Tum etiani auaritia impulsi, munera à quibuslibetissime accipiunt, vnde maximos thesauros breui tempore cumulant, nemo enim sine muneribus ullam sibi gratiam vel fauorem apud officiarios promittere potest, qui dedecore se & ignominia affectos existimant, quasi ipsorum immiuuatur autoritas, nisi dona ipsis crebra offeratur, quæ in signum recognitionis accipiunt. Huius rei usum optime didicerūt Christianorū Principum Legati, qui aditum in aulam & fauorem sibi ære & muneribus comparare solent. Hæ sunt aulæ Turcicæ vires, quæ cōtra hostem educi possunt 60. fere hominū millia, præter seruos, ministros

stros & mancipia quorū numerus ad 20000. ascenderet. Neque hic comprehendō innumeram copiam eorum, qui carros, & rhædas ducunt, nec qui magnatum camelos & mulos, qui impediēta gestant, comitantur. Ferunt nonnulli ante Selimum 40000. Camelorum à Turcicis Imperatoribus fuisse nutrita. Selimum vero eorum numerum auxisse: in Caire expugnationem, cum desertum esset transiundum, 13000. Camelorum fuisse conducta, quorum tamen pars non exigua tempore belli coempta, vel à mercatoribus commodato sumpta fuerat. Facile etiam crediderim rumorem vulgo sparsum, quod tum in reliquos apparatus belli, tum ad comparandos camelos Turcicus Imperator auri millionem erogarat, nō omnino vanum existisse, cum constet ex longinquissimis regionibus victum in castra compōndum esse.

Ex hoc apparatu constat, quantum ad bellum necessaria sit ipsius Imperatoris præsentia, cū tot millia hominum domi maneant, vbi ipse foras in bellum non proficiat. Eo vero præsente, militia non modo confirmatur eius reputatione, sed viribus quoque innumeris augetur.

DE FEVDATARIIS QVI

ex Timaris seu redditibus vivunt.

EX Nobilium puerorum cohorte, qui Constantinopoli educantur, præcipua Nobilitas Aulæ eligitur. Alii adsciscuntur ex Seraglio, quod est Peræ Adrianopoli & alibi, iijque, vbi 18. etatis annū

attigerunt, Spachorum militiae adscribitur, certi illis redditus ex timaris seu terra prouentibus assignantur. Distributi in varias prouincias, demoratuorum loca vacantia occupant, Sangiachorum imperio subiecti quibus semper parent. Diuisum est vniuersum Turcicum imperium in duas partes principales Europam scilicet & Asiam: His quondam duo gubernatores supremi cum summo imperio praefuerunt. Sed cum Selimus plures Atiae prouincias imperio suo addidisset, ratus tot amplissimas procul inuicem remotas prouincias non commode ab uno solo regi posse, plures gubernatores constituit, qui nullius alterius praeter solius imperatoris imperium recognoscerent, subditas haberent regiones, quas regendas Sangiachis concederent. Ipsi vero gubernatores principi Beglerbegi seu Domini Dominorum vocabantur. Europae Beglerbegus, qui etiam Gratiae seu Romaniae vocatur, pricipius est & primus. Vnde imperatore absente ipse exercitui imperat, eiusque imperio sine exceptione omnes, etiam imperatoris filii, si qui sint in castris, obsequi tenentur. Castra eius ad dextrum latus Praetorium collocantur, & in acie dextru latus Imperatoris claudit. Imperat 40. Sangiachis vel circiter (nisi forsan eorum numerus hodie auctus sit) sub quoque imperio 60000. Spachorum continentur, quos Timariatos vocant, quod ex Timaris & praeiorum rusticorum redditibus victu habeant. Non enim accipiunt aliud stipendiū, in quoque vicē certi ipsis assignati sunt pagi & campi, quorum cultores decimas illis ex omnibus prouentibus reddere coguntur. idē 25. aspros per capita soluūt, quæ pecunia ad

ad Imperatorē redit, tū ēt Angarias seruiūt, & alēdis pecudibus, fructibus subministrandis, atq; aliis modis premuntur. Mulēta quoque ad Timariatos peruenit, & ipsi rusticorum iudices sunt, & de causis cognoscunt. inde nata est illa extrema necessitas, qua miseri illi premuntur, vt vix tantū eis relinquitur, vnde vitam misere tolerare possint. Séper enim duplex stipendiū ad minimum exigunt. Beglerbegus ex Timaris 6000. ducatos annuos habet in redditum, ille tamen plus 40000. percipit. Sangiachi qui hosti sunt proximiores, vel ad limites imperii morātur, plures Spachos sub se habēt, & ampliores etiā redditus à 5. in 12. millia ducatorum possident. Spachi initio quidem vltra 60. ducatos annuos non percipiunt, sed pro ipsorum mercritis stipendium eis augetur usque ad 300. ducatos: pro 100. ducatis equitem lancea & machæra armatum, atque duobus seruis stipatum, in bellū mittere tenentur. Multi 100. alii 50. mancipia alunt, prout amplam habent mercedem: Beglerbegus vltra mille seruos tenet, si cui Spachorum propter merita luculentius stipendium præter 300. ducatos assignandum esset, ad altius officiū promoueretur, puta Subassi, quorum 40. in Europa reperiuntur, iisque 400. usque 1000. ducatos percipiunt, plurium cohortum duces sunt, & vel urbem quādam regunt, vel propugnacula defendunt, existimo eosdem esse, quos in finibus proximis Beghas nostri vocat. Hinc iudicare licet, quā probe stipendia apud Turcas distribuantur, neq; quicquam frustra collocetur, sed qui plus præmii habet, plures milites in militiam ducere cogitur. Pacis tempore domi hi manent, & suis Timaris fruuntur in excursionibus vel in bello quoquā;

mittuntur, ad primum ducis mandatum profici sci coguntur.

Solo Europæ Beglerbego, qui Sophiae resedit, Constantinopolim morari, & Visierorum concilio interesse licet. Reliqui sine licentia provincias suas egredi non audent. Stipendia possunt distri buere ad 60. vsq; Asperos, pro libitu, quibus suis cognatis & familiaribus in primis prospiciunt.

Cum Asiam unus tantum gubernaret Begler begus, maiores quidem vires habuit, quam Europeus, sed autoritate illi fuit inferior, quæ tamen postea magis imminuta fuit, cum officium illud diuisum & pluribus concessum esset. Natolia Beglerbegus 14000. ducatos habet ex Timariis, ei parent 12. Sangiachi, quorum stipendum est 4. vel 6000. Ducat. & 10000. Spachii: absente Gracia Beglerbego ipse imperat militibus, & ad finistrum latus imperatoris incedit. Caramania Beglerbegus 10000. duc. 7. Sangiachos & 5000. Spachos habet.

Beglerbegus Amasie habet 8000. Dicatorum. 4. Sangiachos & 4000. Spachorum.

Armenia minoris Beglerbegus 10000. Dicatorum habet, 7. Sangiachos, 7000. Spachorum. Mesopotamie Beglerbegus in Persic confiniis 30000 Dicatorum habet. 12. Sangiachos 10000. Spachorum.

Beglerbegus Damasci, Syria & India habet 24000. duc. 12. Sangiachos 20000. Spachorum.

Cairi Beglerbegus habet 30000. dicatorum. 16. Sangiachos & 16000. Spachorum. Omnes isti Beglerbegi, Sangiachi & alii seruos alunt, vt dixi, pro ut ratio stipendiiorum patitur. Cum igitur ultra 130000. Timariatorum in exercitu non compa

reant,

reant, hi tamen ultra 300000. milites, qui in acie educi possunt, ob seruorum copiam, efficiunt, non annumeratis iis, qui carros, vehicula & iumenta conducunt, vel qui mercaturæ exèrcenda, & lucri facundi causâ castra sequuntur, de quorum immensa multitudine ex prioribus copiis iudicium facere licet.

*D E I I S C O P I I S Q V A S S V B D I-
-tæ prouincia ad mandatum Imperatoris
in bellum mittere co-
guntur.*

VI primum Turcæ in Europam transierunt, præda allecti excursionibus in primis fuerunt dediti, neque vlli labori vel periculo pepercerunt, lucrum modo facerent, cui in primis inhababant, adeo vt cum iam pedem fixissent, in ea regione, & colonia quædā in Thracia substituisset, ægre à ducibus cötinerę potuerint, quin morsu predatum excurrerent. Decreto igitur promulgato, vt abstinerent ab eiusmodi deprædatiōnibus, illi cupidiores redditii sunt utputa qui, iā assuefacti essent ex raptu vitā quarere, vbi vero aliud ppositum fuit edictum, vt qui excurrere prædatū vellet, in cōstituto loco & præfixo tempore armatū sese sisteret, sèpius 200. sèpius 300. millia hominū in eum euentū conuenerunt: ex tanta multitudine duces, p̄cipui eos secernebat ad futuram expeditionē q̄ ipsi videbās maxime apti & idonei & armis quoq; optime instructi essent. Reliqui domū repeterere iubebantur, quilibet autem studebat talem sese præbere, vt dignus haberetur ad excursionem, vnde mos ille primum inter rusticos inualuit, tum etiam in vrbes atque oppida

irrepsit vbi ad 30000. homines designati fuerunt, quibus non modo permissum erat in bellum proficisci, sed cogebantur quoque inuiti, ad mandatum imperatoris, in constituto loco, equo, armis lancea & machæra instructi comparere. Consuetudo illa adeo successu temporis fuit inueterata, vt iam officii ratione teneantur subditi eam obseruare. Qui hunc in modum frequentant militem Acanzi vocantur seu voluntarii milites, ex natis Turcis selecti, qui solummodo quibusdam gaudent priuilegiis, nec aliud stipendium recipiunt. Rustici vi etiam ipsis suppeditant, in transitu praecedunt exercitum illustratum & depradatum loca vbi peruagatur. Ex horum numero fuerunt 15. illa Turcarum millia, que in secunda Solimani expeditione Vientenisi, Linzium vsq; excurrerunt. Sed in Europa numerus eorum acquisitione nouarum prouinciarum creuit. In Asia quoque ingens eorum multitudo est. Selimus devicta Paphlagonia & Armenia minore, in vtraque 30000. Acanziorum creauit, hi, et si magis idonei ad excusione quam ad pugnas existunt, eorum tamen plurimi armis & equo optime instructi in bello comparent, & fortissimos se sepe præbent, vt haud raro, ex Sangiachorum recommandatione, Beglerbegi ipsis Timaris prospiciant. Comitantur hos plerumque qui Martolossi dicuntur, & Walachi, atq; Tartari, vel alii, qui callum obduxerunt latrociniis, maxime vero in eorum regionum confiniis, in quibus deprædandi & exurendi commoditas est, vbi libenter ad partem præda admittuntur, quod locutum & viarum sint gnari & experti.

Hinc

Hinc inde per prouincias multi reperiuntur milites veterani & emeriti, vel quib. ob alias causas immunitas à bellis concessa est. Assignantur illis prædia & pagi in recens captis regionibus, pro quo beneficio equorum illi, vel peditum certum numerum in bellum mittere tenetur, transmitunt ea prædia ad successores quoque, à Turcis Masellini vocantur.

In Europa 6000. eiusmodi equitum, peditum vero maxima copia reperitur. Exigua tamen eorum opera in pugnis existit, licet prouinciarum inspectores sedulo eo laborent, ne homines inutiles in bellum mittantur.

Asappi pedites sunt Turcae, quorum ingens multitudo, stipendia licet vilissima accipiunt: eorum in Europa 40000. inueniuntur, hasta, arcu & machæra pugnant, verū cum neq; asueti sint ad militiam, neque exercitati præstat illis vti ad expugnationes locorum, ad compotandam materiam, & cuniculos agendos, quā vt in aciem producantur, in hunc tamē usum maxima copia fosforum conduci solet, præter eos qui certa habent ab imperatore stipendia, & quos pagi in militiā mittere coguntur. Asapiorum quoque magnum numerum Imperator hinc inde per vrbes Natoliæ in primis, in præsidiiis habet, vt bellicis assuecant laboribus, quo eorum opera in re maritima vti possit. Sapientius quoque contigit, vt ære conducti fuerint milites nostro more, cum præsidiarios euocare è confiniis hosti oppositis & alio transferre, nō videbatur omnino turum. Solimannus in Asiam proficisciens hac ratione usus est. Eandem si hoc tempore Turca obseruare ve-

R

lit, dubium non est, quin præter eas, quas modo
recensui, innumeræ alias copias adunire & colligere possit. Adparer igitur nō frustra sapientius sparsum fuisse rutorem, de Turcici Imperatoris expeditione cum 400. vel pluriib. hominum milibus suscepta. Plus admirationis habet ordo quo tempore breuissimo colliguntur, vbi primum nuncii cū mandatis ad eos perueniunt & tempus profectionem admittit se se parati sicut sunt, stupenda est tranquillitas, vno, & obedientia, qua in immensis illis castris obseruatur, vbi strepitū & clamorem excitare ob quamvis etiam causam prohibitum est, quo tumultus euidentur.

Finem hic primæ parti opusculi mei imponam, in qua videre est, quibus mediis Domus Ottomannica ad tantum imperium peruererit. Recensui deinde breuem historiam rerum à Turcis gestarū, tum artes & vires eorum, & inserui nonnulla de administratione imperii, quæ non parū facient ad nostrū ppositū. In secunda parte ostendā, qua ratione potētia hæc in Vngaria exhibito mediocri Germanorū auxilio vinci possit.

PARS SECUNDA.

CV M in parte priori declaratum fuérit, quibus Caribus, frandibus & viribus Domus Ottomana ad tantum Imperii culmen peruenierit, superest ut videamus, quomodo Hungarorum potentia adhibito Germanorū auxilio vinci & superari posset. Vires igitur viriæq; nationis examinabimus, & cum hostiæ potentia easdem conferemus, unde qua partis viriæque commoditates sint, quibus alteram superat, vel incommoditates, quibus cedit, tam quomodo

modo ad victoriam consequendam in bello procedendum siet, innoteſet.

DE VIRIBVS GER-



V A' sint vires Germaniæ atque Hungaria, ex rebus ante hac ab ultraq; natione gestis, constat. Germani quondam plurimis Romanorum legionib; fortissime restiterunt: sola Saxonia per 30. annos continuos cum Carolo Magno pro libertate patriæ certauit. Non ita pridem in ciuilib. discordiis paucæ ciuitates, Imperiisq; ordines, ad 100. milia hominū optime instrutorū in bellum eduxerunt, inde quid reliquæ pvincie possint, ex insularū fortissimotū multitudine, ex regionis opulentia, ppter varia mercimonia, quæ ibi extentur, & metallorū quæ effodiuntur copiam, ex fertilitate, & rerum ad vitā humanā necessariarū abundantia, conlicere licet; quælibet ciuitas libera si 1000. milites, q; exigu momenti res foret, contra Turcas in bellū mitteret, immensus copiarum numerus existerer: constat sane vna eorum, reliquo rū sc̄iorū auxilio destitutā Imperatori se se opponere ausam fuisse: Superuacuum puto ex singularum prouinciarum & vrbium historiis & annalib; rationes deducere, quib; Germania sola centū vel pluriū millium hominū exercitū p annū sustentare valeat, vt interim neq; artificia neq; mercimonia, neq; agricultura detrimentum patiantur, siquidem ab Imperio, iis nimis vrbib; & pvinciis, quæ Imperatorem Romanum tanquā Dominum supremū agnoscunt.

(è quibus patrimonium Domus Austriacę exdipimus) solummodo 30. hominum millia, tam equum quam peditum, in quatuor annos possumus: totidem à prouinciis Austriae Archiducatu & Bohemiae regno subiectis petimus, additis necessariis impedimentis bellicis, tormetis, machinis, & iis quæ ad vietum hominum, atque pecudum requiruntur. Nec rem petimus impossibile, vel quæ nulla ratione fieri possit, sed ne difficulte quidem, in annos tantum quatuor hunc apparatus requiri mus, vt discant viciniores quantum facilitate rabies & furor hostis tam immanis cohiberi & retardari possit, quem iam ad portas fere Germaniae peruenisse Iauarino Agriae, capta, in Germaniam ipsam paulatim tendere, eoque omnia eius cōfilia directa esse cernimus.

DE POTE NTIA HVN-

garie.

IDEM sane de Hungaria statuendum. Nam et pars eius maxima & fere præcipua à Turcis posseideatur, quæ tamē Christianis adhuc paret, tam egregie culta & habitata est, vt si vires serio coniungere vellet, patriam vniuersam è tam graui iugo in libertatem vindicare, eiusq; possessione hosti ancipite reddere valeret. Sub Hungaria vero omnes eas prouincias intelligo, quæ versus

1394.

1440.

1450.

Horrenf.

1551.

Walachiam, Transyluaniam & Croatiam tendunt & chuič regno subiectæ fuerunt, cum primū Turcæ armia illi intulerunt. Sola Transyluania, proptiis viribus in vnum coactis, Turcarum imperium sapient repressit, maximaq; eis intulit dama: In primis vero sub Coruino, Stephano Battoreo, & non ita pridem sub Andrea Battoreo

re, qui Ferdinandi Imperatoris nomine cā gubernauit, egregia fortitudinis & potentia specimina edidit: Hic 5000. militū tūc collegit, vt ingressu phiberet Turcas, & cum 70000. militum Lippa obseruit. Quid vero nuperrime Sigismund⁹ Princeps contra hunc Tyrannum non est molitus? Nonne Sinam Bassam fortissime ex Walachia eiecit? eiq; gloriam rerum prosperrime in oriente & occidente gestarum, & tanto temporis spacio acquisitum eripuit, maximamq; eius laudibus maculā inussit, vt animi dolore & indignatione tandem mortuus dicatur. Nec vnguibus suis Transyluaniam arreptam retinere potuit, licet astu & insidiis sapient id tentarit. Tantum abest vt hoc tempore illud efficeret queat, cum tam fortis heroes ipsi resistat, qui non modo omni fide & diligentia eam tuerintur, sed imperii quoque limites diutissime prolatant. Nec Walachia suo defuit officio, cū strenuos nata est Duces & Princeps, qualis Dracula fuit, cui⁹ strenuitatē & alacritatē hostes sapient experiti sunt. Nec raro Turcarū copiarum hæc regio sepultura exstitit. Hungaria superior cis & ultra Tibiscum sita, tanta incolarum multitudine est reserta, vt iustus inde exercitus conscribi posset, si vero zelo patriæ succurrere velit. Croatia inter omnes Regni prouincias in pessimo statu versatur, nec nisi paucissimos, sed optimos tamen, milites in bellum mittere potest. Sed quid tam exacte minutissima hæc examinare inuuat, cum ex omnibus hisce regionibus tantum 40000. hominum in bellū per quatuor annos cōtinuos mitti poscam⁹, q; fieri potest cōmodissime & facilime.

Hunc in modū facta computatione ad Vngariæ fines 100. millia hominum, tam equitū, quā peditum conuenient, qui in tres partes, ut paulo post dicemus, distribuendi sunt. Videndum igitur quomodo cum tanto militum numero 3. 4. vel 5. centena Turcarum millia superare valeamus, initio vtriusq; partis potentia, &c cōmoditates belli tū incōmoditates quoq; cōparabimus.

COMPARATIO TVRCICÆ ET Christiana militiae.

In hoc examine quatuor cōsideranda veniunt q̄ militiā diuersam & variā reddere solent: unde cōmoditates & incōmoditates exercitū accēdunt: Dux nimirū belli generalis, milites, arma & deniq; cōmear⁹. Hinc tandem oritur ratio p̄cedēdi contra hostē, de qua vltimo loco dicendū est.

DUX BELLI GENERALIS.

Non hic est locus differendi dē bellī duce, quibus ille qualitatib. & virtutibus dotatus esse debeat, de qua re integrū volumen conscribendum forer: Nec quantum momenti persona ducis vniuerso exercitū afferat. Nā sapientes iudicarunt satius esse ceteros militare sub leonis, q̄ leones sub cerui auspiciis. Ipsa docet experientia multa maxima pericula, & difficultates Ducum prudentia auersas & superatas fuisse, vbi copiarū robur vanū exstitisset: Plurimi exercitus ex abiectissimis hominib. collecti maxima ediderunt belli facinora, strenui Ducis virtute allecti, & cōducti. Nec vñquā legimus Dūcem pusillanimū & abiectū ex optima cōstituta militia fortiorē & prudentiore cūlisse. His igitur rebus in aliam

occa-

occasiōē remissis, vnicū mihi, q̄ ad hoc bellū plurimū cōducet tractandū reseruo, auctoritatē sc. Ducis, q̄ in Turcico exercitu plus, q̄ vñquā alibi viger. Namq; Turcicus Imperator, absolutus est dominus, cuius ex arbitrio p̄cedet quodlibet prolibitu disponere & imperare, nec alios in consiliū adhibere, vel aliorum rogare consensum etiam in reb. grauissimis tenetur. Non igitur mirum si Imperatores bellici rāta instructi auctoritate res p̄clarissimas gerant. Parem ac prorsus eādē potestatē Turca ducibus suis, quos exercitui p̄ficit largiri solet, nihil suā auctoritati reseruans,

q̄ de bello gerendo, vel pace sancienda, deliberationes. Titus Liuius in pulcherrima illa Lib. 9. Alexantri Magni cum Ducibus Romanis cōparatione idem plane cōfirmat, quod nunquam Romani Duces plenā de bello gerendo potestatē habuerint, s̄p̄ius à Tribunis plebis deleētūs, antequā Roma discederēt impediti fuerint, quod post tē-

pus ad bella iuerint: quod ante tēpus comitiorū cauſa reuocati fuerint, in ipso conatu rerum circumegerit se annus: quod collegē nunc teineritas, nunc prauitas impedimento, aut damno fuerit: quod male gestis reb. alterius successum sit: q̄ tyronē aut mala disciplina institutū exercitū accepterint: sed reges nō liberi solū impedimētis omnib. sed domini rerū tēporūq; trahāt consiliis cūcta, nō sequāt. In eādē sententiā suasit Fab. Maxim⁹ Senatui Romano, vt Annibali ducē quendā strenuissimū opponāt, eiq; liberā imperādi, & decernēdi potestatē tribuat, nec tēporis vel belli grēdi modū ei p̄scribat. Duo hæc testimonia ex acuratissimo authore deprompta nos admō-

Lib. 10.

nent, quid ducibus nostris, quos contra Turcas emittimus, in primis desit, libera scilicet agendi & imperandi authoritas, qua cum pollebat Alexander, tanquam Princeps absolutus, quiduis imperabat pro libertu: fecus poterant Romani Duces, qui Reipub. parebant, hos tamen eadem pollete authoritate Fabius yolebat. Tritum est Politorum axioma, Rerumpub. deliberationes, & executiones tardius procedere, quam Principum, quod in illis plurimorum consensu & iudicia requirantur, quæ sèpius propter varia consulétiū ingenia, varia sunt & diuersa. Germania atque Hungaria mixtum quoddā imperiū habet. Princeps enim reliquorum ordinum cōfensum in comitiis requirere & impetrare tenet, sine quo in bellum proficisci non potest. Et si in omnibus aliis rebus ad Rempub. & ad libertatem, contra tyranos vindicandam, spectantibus hic procedendi modus approbati potest: In reb. vero bellū concernentibus damnosissimus & péricolosissimus est, in primis vero vbi cum aduersario potenti, qui libere imperat, & expeditiones celerrime proleguntur, bellum gerendū est. Eiusmodi militandirectionem reuera Tūrcæ obseruant, quos arma arripuisse, & excursionem ad felicem euentum produxisse, ac reduxisse copias vidimus, citius quā nostri, comitiis atque conuentibus immorati, vires colligere, & militem conscribere potuerint. Huic malo remediu: commodius, illo Fabii Maximi, applicari non potest, vt nimis Dux belli eligatur, qui supremam imperandi authoritatem atque potestatem habeat, isque de rebus omnibus instruatur perfectissime, vnde consilium

in

in fortuitis casibus capere possit, ne teneatur aliunde illud petere, cum belli fortuna & vices, ex Scipionis sententia, non semper admittant consilium maturum capessere, vel ex longinquo illud accersere, sed subito sèpius ineunda sit ratio agendi, & ex ipsis euentibus & successu rerum petenda. Is qui conscripsit Secretarium, dicit Respubl. lib. 3. e. 10. quasdam, vbi suos in bellum Ducēs emitunt, & quid ipsorum sit officii eos admonuerunt probe illos instruxisse sibi videri, cum ultimo loco seuerre ipsis imperant, ne vlla ratione manus cum hoste conferat, nisi prius senatum ea de re sententia rogarint: sèpius enim euenire ut hostis procul ab urbe disitus pugnandi occasionem præbeat cōmodissimam, & tam subito, ut strenuus Dux vix illam animaduertere possit, quæ etiam minima interiecta mora elabatur. Hoc incommōdum ex falsa quadam imitatione prudentiæ Fabianæ in prolatando bello oriti, idem author scribit, cuius specie eas Respub. deceptas afferit. Namque Fabius legitimo exercitu, quem Annibali opponeret instructus Martis aleam nunquam fugit, sed ex prioribus cladibus cautior factus commoditates pugnandi diligenter explorare & experiri voluit, quæsi ipsi seruiebant, aggredientem Hannibalem nunquam reformidauit, nec Hannibal omisisset illum in propriis munitionibus aggredi, nisi castra ipsius optime munita, & satis virium, quibus se suosque tueretur, eum habere nouisset. Neque Fabius potuisset euitare pugnandi necessitatem, nisi castra ab Hannibale ad aliquot milia remota collocasset, quod Philippo contigit, quem Romani armis aggressi fuerant in locis

difficillimis & angustis, hos cum ille, s^epius m^utatis bellii sedibus, ex prouincia in prouinciam fu^{er}eret, regionem vniuersam de qua controuersia erat hosti depr^aedandam & deu^astandā reliquit, vnde cognouit plena Romanos victoria frui, nisi eam, iacta fortunæ alea, denuo ipsis eriperet, Fieri itaque non potest, vt contra imminentes hostes regio defendatur, & salua atque incolumis conseruetur, nisi aliquando manus conseruantur, h^oste in primis illud requirente, quod Hungaria in suo Coruino experta est. Errant igitur summopere, qui prohibent duces quibus regionis defensione nⁱ committunt, ne nⁱ iussi expresso decreto, cum h^oste dimicent. Quin potius iisdem imperandum foret, vt pugnent oblata occasione cōmoda, quæ plus s^epius in bello, quam vires ad viatoriam facere solet. Eiusdem fuit sententia: Mar^{ch}io ille Sauornanus interdicta pugnandi copia duci autoritatem tribui dicens, vt vincatur, sed vt ipsi hostem vincat eidem adiungi & auferri. Qui igitur in Hungariam mitrendus est belli imperator, absoluta pollere debet autoritate, sine exceptione imperandi, quæ commoda, quæque necessaria ipsis videbuntur. Neque ad præscriptum tempus conducendus, neque singulis annis nou^o substituendus, sed bellum tam diu vni alicui committendum, donec tandem ad finem perducatur. Hoc etiam Fabii fuit consilium, & Romani s^epissime id secuti sunt in bellis longinquis, protogato Ducibus imperio, sub proconsulum nomine, quod ad hanc potius, quam ad aliam expeditiōnem hos quam alios magis idoneos iudicaret, quod rerum omniū perfectam haberent cognitionem

Vegor. lib.
g.c.26.

tionem & notitiam. Neque ob vnum vel alterum infortunium ab officio dimoueri debent, sed cōfirmandi potius, cum clades acceptæ prudentiores eos, & magis cautos reddere soleant. Tum etiam ne in eorum locū alios minus expertes substituamus, qui nostro etiam periculo & damno tandem sapere, & belligerandi rationes, quibus hostes vtruntur, discere cogantur, cum hæ cuius obuię & note esse minime soleant.

Verum enim uero, si libera agendi potestas vni cuidam summo Duci tribuatur, maiori solertia atque industria munus suum obibit: siquidem omnis gloria rerum præclare gestarum, tum etiam vituperium & infamia ad ipsum solum, redditura sit. Nec prætendere possit à remorti consilio se impeditum fuisse, in quod nullum ei fuisse imperium, cuiusmodi habet in priuatum consiliū, q^u semper illū comitari debet. Quod cum in rebus arduis consuluissent, præstantissimi Duces, res præclatas magna sua cum laude gesserunt: contra multi magno suo cum damno & vituperio illud aspernati sunt. Nec parum in bello Imperatori cōfert, si peritorū probe nouit consiliis vti, quod in tractatu de consiliario bellico breui me demōstraturum spero.

M I L I T E S.

SVNT qui neruum belli pecuniam statuunt, suamque sententiam (vt dicit Secretarius) ex Salustio probare conantur, cuius tamen mentem illi probe non assequuntur. Vult enim Salustius non modo pecuniæ defectum, sed munitio-

num & victus in opiam, tum etiam alias occasio-
nes saepius pugnas accelerare, ut inuiti manus e-
ferere cogamur. Nam si, ut volū illi, pecunia ner-
vus bellī existeret, Darius qui auri & argenti grā-
de pondus possidebat, nunquam ab Alexandro
victus fuisset: Nec Romani Græcos atque Antio-
chum bello superassent. Sapienter Solon Crœso,
cum illi omnes suos thesauros, tanquam potētia
suæ fundamentum commonistrasset, respondisse
fertur: cum inquiens, bella ferro confiantur, fa-
cile aurum tibi adimere poterit, qui ferro melius
instructus, te aggrediatur. Non semper auro pra-
claris milites conduci possunt, facilius strenui mi-
lites aurum & opes acquirunt. Quod in hoc ipso
argumento de Turcarum potentia infringenda
dextre probabimus, eam nimirum thesauris atq;
opibus inquietam quidem manere, sed ob copiarū
atque militum defectum optime vinci posse, licet
plurimi hanc nostram sententiam, tanquam ab-
surdam, paradoxi loco habituri sint: ob eandem
tamen causam pecuniam inter ea præcipue, quæ
ad militiam requiruntur, non poscit, sed co-
pias & milites, quod hi verus bellī nervus existant.
Primum consideremus copiarum quantitatem,
tunc qualitatem, quæ in vnu equitum atque pe-
ditum consistit: tertio denique vtrum hostium,
an vero nostri milites, in diuturniori bello, deter-
riores vel meliores fieri soleant. Quod ad multi-
tudinem attinet, non est dubium, quin Turcicus
exercitus Christianorum copias longe supereret:
Sed videndum num hæc vera sit bellī præroga-
tiua, an saltem talis esse vulgo credatur. Sane per-
difficile est, & fere impossibile, ut dicit Aristote-
les,

7 polit. 4.

les, urbem populosissimam, & innumera habitá-
tum multitudine refertam in officio continere,
& probe ac dextre eā regere, quod eiusmodi ho-
minum multitudo non sit capax ordinis. Vege-
tius in eadem sententiam dicit, non æque facile
esse cum numerosissimo exercitu, quam cum me-
diocri ex strenuis militibus collecto, victoriam
consequi. Vnde Romani in bella, quæ haud peri-
culosa videbantur 10000. peditum, & 2000. c-
equitum sub prætore mittere solebant: in ea quæ
plus videbantur habere periculi bis totidem sub
consule mittebant. Quæ videbantur difficillima
& atrocissima, ambo consules administrabant,
quorum exercitus 40000. peditum, & 8000. e-
quitum constabat, eiusmodi militum numero
gentes plurimas, & maxima hominum multitu-
dine instructas vicerunt. Xerxes, Darius, Mi-
thridates, atque alii reges, plus damni ab immen-
sa multitudine suorum, q; à fortitudine hostium
acceperunt. Nimia multitudo tarde incedit in
expeditionibus, facile vel à fronte, vel à tergo op-
pugnari & carpi potest, maxime vero in angustis
viarum vel fluviorum: quæ ad viatum atque mu-
nitiones pertinent tantæ hominum multitudini
difficulter procurari possunt: in præliis plerum-
que pars aciei tam immensæ fugit, priusquam ad
manus veniat, solo conspectu hostium forti-
ter ingruentium & resistentium perterrita: vbi
semel in fugam coniectus est miles, nunquam
fere recolligi, & in pugnam reduci potest, fu-
gam tandem sequitur strages & clades cruentissi-
ma, quod multis sane exemplis probari po-
test. Plus igitur Turcico Imperatori obest,

lib. i.c.i.

quam prodest, tanta hominum multitudo, ea in bello cum carere non possit, maiores incommoditates experiri cogitur. Cum enim milites Turcæ armis non bene instruti, & ob id etiam ad opugnationes atque reliqua belli munia, quoties nostris copiis probe armatis, & equis ponderosis obiici debent, inepti sint, nunquam velitationes vel pugnas ineunt, nisi hominum multitudine se longe superiores existere sciant. Sequuntur aliae quoque incommoditates, quibus hostes virginatur: cum enim milites eorum leuiter sint armati, & ad excursiones quam statarias pugnias magis idonei, maiorem in equitatum, quam pedestatum curant collocant: sed vbi oppugnaciones aggrediundæ sunt, vel aggeres demolundi, aut fossæ superandæ, vel præcipitia occupanda, in quibus equorum nullus vsus est, pedestrum opera vtuntur exercitissimorum, quorum qui maxime præstant sunt Ianizzari, quibus plurimum fident, quod eorum virtute ac fortitudine plurimas victorias consecuti sunt. Fatentur tamen imperfectam suam esse militiam, propter tantum equitum numerum, qui ad exercitia pedestria inutiles esse solent. Fugatis enim equitibus, quod superest refugium ad pedites, pertenuit est, & exiguum propter eorum paucitatem, quibus non comprehenduntur Asappi, quod fere inermes sint, & ad pugnas protinus inutiles: in pedestri enim grauitas potius & præstantia armorum, & robur ac vires corporis, propter vehementem imperium, quam agilitas atque dexteritas requiriunt,

sunt, hac Turcæ præstantiores, quam illa existunt, vnde eorum exercitus, vt dixi, plus in excursiōnibus, & velitationibus seu tumultuariis pugnis, quam in alio belli vsu valet.

Sed utrum Christianorum vel Turcarum milites longo belli vsu deteriores siant vel meliores, videndum: de Turcis prius dicam, quorum authoritas atque reputatio quondam constitit in exacta obedientia; exercitiis militaribus: parsimonia in victu, & vestibus: patientia in expeditionibus & laboribus; nec mortis tangebantur metu, si quidem faro, quod euitari nullo modo possit, omnia sibi obuenire credebant. Qualis vero nunc sit, ex Secretario constat, quod omnis res, quæ sub cœlo continetur vitæ suæ finem ac terminum habeat certum & præfixum, cum sit subiecta infinitis alterationibus, ob quas bonitas, quæ illam solet conseruare successu temporis corruptitur, nisi quid extrinsecus interueniat, quod ad priorem temperiem eandem t educat. Communis medicorum est opinio, quotidianè in corpore humano aggregari aliquid, quod quandoque indigeat purgatione, quod si hæc medicina & cura nimium differatur, tandem corruptio inde nascatur: Hoc vt verum est in reliquis corporibus, in corpore sane mystico Rerum publ. facilime euenire solet, vbi non solum accidentia naturalia operantur, sed varie consilientium opiniones, propter priuata lucra, plurimum ad id conferunt. Republica igitur atque regna præfixo quadam tempore, renouatione quadam opus habent, cuius auxilio ad eam, qua

prius florebat complexionem atque perfectio-
nem reducantur. Inde concludimus imperium,
lib. i. c. 19. mortuo Principe strenuissimo, ad abiectum
quendam & timidum translatū, facile ab eo con-
feruari, modo ipsius gubernatio non duret lon-
gissime, idq; in primis propter auctoritatem pio-
ris, & optimam imperandi formam & ordinem
ob quem tam citō cuncta corrumpi nō possunt.
Quod si huic timido aliis succedat Princeps,
strenuus & fortis, regnum is facile ad pristinum
nitorem reducere, & defectus emendare potest:
Sed si timidum & abiectum aliis excipiat, qui ni-
hilo sit melior, sequetur sine dubio certissimae-
gni vniuersi ruina atq; interitus, quemadmodū
contra vbi duo Principes strenui imperium adi-
piscuntur, non mirū si terminos eius longela-
teq; prolatent: exemplum habemus in Regno
Romano, vbi Romulus bellator successorem
nactus est Numam pacificum, qui pace atque
quiete vsus ad legum promulgationem: hunc se-
cutus est Tullius animo feroci præditus, qui v-
sum armorum reuocauit: Ancus vero eius suc-
cessor ad pacem non minus, quam ad bellum a-
ptus, cum ad illam potius inclinare videretur, ea-
que de caussa in contemptum apud suos perue-
nisset, hæc arripuit: atque hisce vicibus ad tātum
imperii culmen Romana ascendit Respublīca.
Contrarium Iudæorum regnum expertum est,
in quo Davidi prudentissimo, & bello fortissimo
regi, Salomon filius successit, qui in pace regnū
non propria virtute, sed patris potius auctorita-
te & dignitate, quæ adhuc in animis subditorum
atq; exterorum vigebat; conseruauit, quod Ro-
boamo

boamo, qui hunc secutus nō pari euentu succef-
sit, siquidē paterno aucto virtute atq; auctoritate
longe inferior esset. Hæc remedia in primis adhi-
benda sunt, in iis regnis, quæ non ratione vel le-
gibus reguntur, sed à nutu & voluntate Princi-
pis & violentia quadam dependent, ad quorum
conseruationem suprema quædam virtus, nec
interrupta, sed continua requiritur. Sane Otto-
mannicum imperium præ aliis violentum est,
quod ab arbitrio vnius summi regis dependet.
Nec vlla libertatis specie gaudet, eoque magis
expositum est mutationibus, quod statuta impe-
rii non obligent subditos ad quietam & tran-
quillam vitam agendam, sed cogant quæsi, vt
armis atque rapinis studeat: quas cum extra ter-
ritorium exercere non possint, domi inuicem
cum regni interitu eas tractare coguntur, inde fit
vt nunquam intermissio à bellis concedatur, sed
vno finito aliud incipiendum sit, ne milites otio
torpescant.

Qui diligenter Turcarum historias, ab initio
eius imperii ad nostra vñq; tempora euoluet, re-
periet felicissimos semper in bello exstisſe, ma-
ximoque fecisse progressus eos Imperatores, qui
manu strenui, & animo fortí atque inuicto præ-
dicti fuerunt, qui legis & sc̄tæ, quam profitentur
studio in bellis sese exercuerunt, ne otio virtusi-
psorum tabesceret. Indefessa fortitudo, & vis a-
nimis inuicta appetit in iis Imperatoribus, qui ab
Ortomanno regnarunt, ad Mahemetem vñque
Secundum, qui Constantinopolis atq; Trape-
zuntis imperium cum plus ducentis vrbib. Chri-
stianis ad se rapuit. Ipsimet bella castraue seque-
1300
1481.
S.

T. LIV. L.
29.

bantur, sauerissima disciplina militum infangentiam atq; luxum cohibebant, turpe vt duceretur militib. etiā qui maiora obibāt munia, auro vel serico vestiri, vel in castris alio lecto, nisita-peto, humi strato, vti. In iustitia administranda sauerissime phibebant, ne inquis extorsionib. subditi premērentur, sāpius in publico cōparebant, & priuatorum querelas audiebāt, quas sequebatur pōne, atq; castigationes grauissimæ. Hinc regnandi ordo à Baiazetha II. intermissus, quod vitæ priuatae deditus esset, corruptelas in regnum plurimas induxit, quæ tempotis successu auctæ fuissent, nisi mature Selimus filius illud occupasset. Reuocauit ille maiorum & prædecessorum suorum consuetudinem in audiendis subditorum querelis, & iuris administrationem reformatum, ipse bellis præfuit, militiam atque aulam ad pristinam austera-tatem reduxit, & continuis bellis exercuit: vnde non modo in Europa limites imperii sui latissime extendit, sed in Asia quoque Caire regnum, & Armeniam minorem occupauit. Ac plurimas regiones Persis eripuit, ex quarum conquisitione exercitus ipsius eosdem tulit frāctus, quos Romani ex superata Asia perceperunt, cum milites victores luxum & mollitem exterorum, splendorem supellestilis, instrumenta ludicra & musica in conuiniis, & ciborum exquisitas delicias, in ciuitatem induxe-runt, ad quæ cum ambitio senatorum accede-ret, ruina extiterunt, tam probe institutæ Reipublic. Sic ruinæ imperii Tūrcici princi-

pium

pium ex Persicis spoliis natum, quibus aula tapetibus, auro & rebus præciosis opulentior reddita fuit, cumque primum tanquam trophæa illata fuissent, postea in vsum quotidianiū cesserunt, & pompæ pernitiosissimæ instar habitæ fuerunt: ad conservationem eius magnificientiæ, cum multum pecunia opus esset, extorsiones atque angaria subditis impositæ, natae sunt, & officia auro venalia esse cœperunt. Quod si Selimo alter Baiazethes successisset, dubio procul Turcica militia fuitiditus euersa fuisset, verum Solimannus bellicosus & strenuus imperator, qui cōtinuis bellis maximo cum Christiariorum damno milites in Vngaria imprimis exercuit, disciplinam priorem restau-ravit, successorem habuit Selimum II. qui in ea passim fuit existimatione, vt neminem ha-beret, quem iure timeret, gessit quādam bella, sed maritima pleraque, ipse vero domi permane-sit, sub hoc imperatore militia aulicæ otium at-que opes nacta, delitiis indulgere potuit, qui-bus adeo abusa est, vt per ostentationem aulicæ & officiarii certarent inuicem, quis splendidiora & præciosiora munera Imperatori offerret, maiorem aleret mancipiorum numerū, magnificientius auro, serico & geminis ornatus atq; ve-stitus incederet, vnde preciū pecunię auctū, & ad summū auaritię gradū omnia fuerūt redacta nec amplius munera atq; officia inter bene meritos distribuebantur, sed tis qui plus artis obtulissent, conferebantur. Qui dignitate erant inferiores modum potius cumulandi pecunias, quam glo-riæ, ex rebus bene & fortiter gestis, adipiscendæ

S - 2

quærebant, vt illius ope ad munera altiora, scenderent, omnis miseria redundabat in miserios agricultores, qui angariis opprimebantur, & in extremam redacti necessitatem, agriculturam deferebant, fugaque sibi consulere cogabantur: inde regionum vastitas inducta, decima non fuerunt soluta, & stipendia feudatariorum seu Timariatorum cessauerunt. Nec sumptus subministrati fuerunt, ad aulam & militiam sustentandam, vnde præter loca maritima & limites imperii, reliqua ditio fere vniuersa deferta quasi, videbatur. Ex his quæ in medium fuerunt allata, cœcludimus Turcam in hisce bellis, in quibus, vna cum prouinciis bello captis, subditos ad bellum idoneos nullos sibi subiicit dexteriores potius, quam meliorem statum imperii sui reddere, idq; magis, quo diutius protrahitur, & sapienter iterantur eiusmodi bella, & factiones inter milites, copiarum numerum minuant, quarum defectus, nisi ordinem militiae immutare velit, nusquam alibi, quam ex Seragliis suppliri potest: in quibus tantus est puerorum numerus, vt si ter vel quater insigni clade exercitus afficeretur, defectus occisorum suppleri possit, sed vltetius non sufficient, etsi extraordinaria puerorum collectio, vel exactio fieret, qui tam subito excrescere, & ad bellum si continetur assuefieri nequeunt, interim prouincia incolis priuantur, præter rusticos, quorum nulla habetur ratio, qui singulis annis in expeditionibus moriuntur, Asappi scilicet, fossores, & qui commeatum in castra conferunt, bis singulis annis extrema illis calamitas a prætereuntibus militi-

militibus infertur, quos hospitio excipere, & stipendiis tenentur, præter reliquias insolentias, quæ ipsis inferuntur.

Coætus igitur & inuitus Turca breviora quidem bella, sed immenso cum apparatu gerit, & semel in Asia pace inita, quo rusticci, qui ibi sunt, post tot, tantasq; miseras perpessas quiescere, & se recolligere possint, bellum in Europam transfert, ne otio torpescant, & corruptantur milites. Hinc igitur adparet error quorundam, qui bellum continuando deteriorem Christianorum statum fore existimant, quod non copias sed pecuniam belli neruum statuant, quod equidem nunquam mihi persuadere potui, tum propter rationes superius allegatas, tum quod ipsa experientia fuerim edocitus, Turcas non diurna sed vastuosa bella gerere, q; si potius è re sua fore cognouissent, bellum protrahere quam finire, dubio procul consuluisserent rebus suis, prout ipsis visum fuisset commodissime. Nec dubitandum quin sapienter hac de re in concilio tot imperatorum fortissimorum, totque Ducum strenuissimorum instituta fuerit consultatio: Namque imperio quam longissime dilatato incommoditas illa audita est, siquidem milites ab extremis limitibus ad alteram imperii extremitatem, per media quasi deserta deduci nequeunt, nisi cum proprio detimento, & rusticorum eversione, quod firmum est argumentum instantis ruinæ, quæ minatur monarchiam hanc ad tantam amplitudinem, & vastitatem propagatam, vt partes extremae à suo centro debita auxilia, atq; subsidia difficulter acci-

pere possint, verum nimis diu in hac materia imorati sumus, quæ tamē consideratu dignissima est, vnde fundamentū præcipuū nostrē quæstionis, quam decidendam sumpsimus, dependet.

Ad desertiōnem & desolationem prouinciarum, quæ ex nimia rusticorum, & subditorū extorsione, & miseria prouenit, aliud accessit sub 1571. Selimo II. incommodum non minus graue, quā præcedens. Classem enim Turcica post expugnatam Cypri insulam profligata atque destructa, & maximo retum maritimarum apparatu, amīso adeo imperator animum à belli maritimi studio subduxit, vt à nauigatione, & mare protinus abstinere secum statuerit, secus ac fecerunt maiores ipsius, qui incrementi & authoritatis spem non mininam in re maritima posuerant, cum Græci vt sumptibus parcerent, eius imperium spreuiissent, & neglexissent. Remedium huic malo afferri quiuislet, si quis Solimannus regnum adeptus esset; sed Amurathes III. successit, qui mollis ipse aulam delitiis & ocio perdīta habuit, nec Turcicam militiam eneruatam, atque corruptam è fundamentis restaurare & ad priorem ordinem reuocare, nec pacem cum vicinis confertiare nouit, qui Solimanni fortitudine perterriti, ab armis hactenus quieti abstinuerant. Imperator delitiis Seraglī vel aulæ vacabat, res quæ imperii statum concernebant, consiliariis tractandas relinquebat, neque proprias nec hostium vires atque potentiam explorare, & perscrutari curabat. Sinani Bassæ consiliis qui primi Visieri officio fungebatur, irretitus, bellum quod nunc in Vngaria durat, in eius fauorem suscepit.

suscepit, vt inquiete ipsius voluntati atque naturæ obsecundaret, cuius tamē fructus nimis amaros, præuentus morte, gustare non potuit. In imperio ipsi Mahometes III. omnium cum applausu, & lætitia successit, quod ad bellum magis patre Amurathe, inclinare, idque à iuuentute fouisse, videretur. Attamen implorū illecebris corruptus, non solum mature in bellum non est profectus, vtot malis, hoc in bello inditatis, succurreret, & remedium afferret, verum etiam duces militiae præcipuos vita temere priuauit, cladum causas non corrupto exercitu, sed ipsis ducibus impurans. Primum Ferathum Bassam virum bello præstantissimum, ad Sina- 1595. ni querelas & accusationes laqueo suffocauit, Sinanus ipse non absque suspicio[n]e veneni periit, quod à Transylua[n]a Duce anno proxime elapso cæsus fugatusque fuisset. In tanto Dūcum, præstantium defectu classis curam ciuimodi homini commisit, qui rei maritimæ studium, nec didicit vñquam neque tractauit. Ipse vero cum Cigala in Vngaria cōparuit, forsitan quod exercitus, nisi ipsius sub auspiciis, in bellum profici sci nollet, Agriam exigua sua cum laude cepit, quod neq[ue] situ, neque manu esset munita, & præsidiorū culpa in eius occupatione haud leuis interuenisset, exercitū Christianorum culpa nostrorum fugavit, cum prius milites ipsius, turpi fuga, multoties salutem quæsiuissent, quorum numerus infinitus perire, quod si fortuna æque ac virtus, bellicumque robur eos destituisset, hoc anno fundamentum suæ libertatis Hungaria primum ac firmum iecisset.

Magno sane constabit labore Turcicum Imperatorem ut rursus confirmet tot cladibus fractum suorum militum animum, vnde ab exiguis nostris copiis saepius immensa ipsius multitudo cesa atque delecta fuit. Hinc causæ patent, ob quas prouincia quædam integræ eius iugum excusserunt, Walachia scilicet atque Transyluania, è quibus militiæ Turcicæ plurimæ quondam commoditates proueniebant, quod scilicet à potentia, & viribus earum prouinciarum, nihil eis periculum metuendum esset, quas semper antea horruerat, atque formidabant: apparent quoque occasio-nes, cur tam inuite militiæ nomina dent subditi, quisponte quondam sua, & vtro in bellum pro-currebant. Notæ sunt æmulationes atque discordiæ, quæ inter præcipuos duces vigent, inter Si-nanum quidem & Ferathum nō ita pridem. Ho-die inter Hibraimum, (cui Sultanæ fauent, quod paci studeat & bellum detestetur,) atque Cigalâ, qui officio primi Visieri, quod virtute militari cō-meritus fuerat, priuatus ad alios regni limites re-legatus fuit. Ciaffer Basla suffocatus periit. Quod si hæc tyrannis in reliquorum aulicorum noritiæ perueniret, non mirum foret, si communis quæ-dam rebellio sequeretur, cum cuilibet extremum periculum vitæque discrimen iure timendum sit, quod ad libitum mulieris, et si nihil grauius sit cō-mitus, incurrire possit. Et hæc de Turcico exer-citu dicta sufficient.

Nostrum exercitum quod attiner, iure dici-mus, continuo belli viu longe meliorem eum ex-istere. Namque ciuiles discordiæ authoritate atq; prudentia Imperatoris Rodolphi sublata, & bel-lorum

lorum occasiones extinctæ fuerunt, ille quidem diu p̄meditans, atque secum animo bellum vol-uens, ad id pacis tempore sese instruxit, interim Germanorum animos pacauit, remotis dissensi-o-nibus, quibus irretiti non considerabant pericu-lum, quod ab instantे hoste potentissimo immi-nebat, hinc factum, vt maiora auxilia, quam vn-quam antea Germani contra Turcam miserint: iidem edocti, quanta facilitate suis viribus Tur-cicam potentiam infringere possint, relicto pri-stino belligandi modo, non solum quæ adhuc possident defendunt, sed hosti quoque offensi-uum inferre bellum, atque eius propugnacula, & vrbes tentare, obsidere & expugnare audent: im-perator noster Ancum Romanorum regem imi-tatus, non minus ad bellum, quam ad pacem, a-prum sese declarans, subito bellum acceptauit, cū Turcarum perfidia, occupata Biccia Croatæ pro-pugnaculo, & violatis legatis, pax rupta fuit.

Quantum valeat Hungarorum virtus, contra Turcas, ex eo patet, quod ipsi soli per 200. fere annos fortissime hosti restiterunt, vt nunquam vel minimam partem huius Regni sub iugum mitte-re potuisset, nisi ciuiles discordiæ aditum præbuissent, & fere ianuam in id aperuissent. Notæ sunt clades, quas à nostris accepit, tum etiam victoriæ, ob quas plurimi sane Duces, qui in Hungaria cō-tra Turcas militarunt, triumphos adhuc hodie agunt. Idem probant tot factiones, quæ adhuc vi-gent. Cum enim plurimi durissimum eius iugum amplius perferre nequeant, atiuno confirmato, secessionem fecerunt, qui nunc difficillima quæ-que tentant, & maxima cum laude ad finem per-

ducunt, in primis vero cum ē sua natione nati
sint Principem Christianum & bello strenuum,
qui memoriam Stephani & Matthiae regis reno-
uat.

1480. Bonf. 36. Quæ sint Germani militis laudes, bellica vir-
tute partæ, non opus est, ex historiarum serie lon-
gius repetere. Natura videtur Germanos com-
plexione, & corporis dispositione armorum &
belli oneri preferendo aptos procreasse, nec aliud:
ipsis deest præter exercitium, quo ob diurnam
pacem caruerunt, eoque destituti timidiores in
proximis expeditionibus exstiterunt: siquidem
nemo ea fortitudine natura dotatus est, vt primo
hostium impetu (nisi ira sit commotus) animum
nō dimittat, verum vbi aliquoties ad matutus cum
eo fuit deuentum & pugnandi modum didicit,
abiesto omni timore, ipse prompte in aciem de-
scendit. Eius rei exemplum in Italîs vidimus, qui
ad Hydruntem licet bello astueri, ne aspectū qui-
dem hostium ferre potuerunt; perciti noui hostis
fama & timore, tum quod noua pugnandi for-
mam prius non fuerant experti, adeo fuerūt per-
territi, vt non dubitarint ex Vngaria copias quan-
dam extrahere & euocare, qui Turcis resistere
scirent. Saue usus atque necessitas plurimum ad
instruendos milites in bellica disciplina condu-
cunt, vidimus in his ipsis regionibus veteres Ger-
manorum legiones fortissime se in bello gere-
re, & exiguo sane militum numero, non modo
hostem non fugere, vel detrectare prælium, sed i-
psum quoque ad pugnam querere, prouocare at-
que infectari. Bohemorum equitatus male apud
quosdam audit, quorum rationes ego non intel-
ligo.

ligo. Namque in Asia Caii delitiae, & aeris tem-
peries, homines molles & effeminate produ-
cere solet. Exstiterunt tamen plurimi eius regio-
nis incolæ, qui Mamuluchorum exercitui se se-
iunixerunt, & diurno belli exercitio tam stre-
nuui euaserunt, vt cum ipsis Ianizaris congregati, &
manus conserere ausi fuerint. Rex Matthias in
Morauiam quandam delegauerat equitum qual-
dam turmas, vt hyeme atque æstate ibidem mili-
tarent, quæ propter faciei nigredinem atræ le-
giones fuerūt vocatae, harum virtus adeo claruit,
vt si quâdo una earum in exercitu numeroſo mi-
litabat, omnibus formidabilis existeret, & reli-
quis copiis autoritatem conferebat. Quid ob-
stat, quin hoc idem nostro tempore eodem euëtū
tentetur, & in effectu ponatur? Concludimus er-
go militiam nostram diurnitate belli meliorem
factam esse: apud Turcas vero contrarium cue-
nisse, siquidem tam subito copias in occisorū locū
pppter prouinciarum defectiones restaurare ne-
queant, tum quod in praliis plerumque fortissi-
mi quique cadunt, quorum in hoc bello ad mini-
mum 100. millia occubuerunt, illi in primis, qui
in hisce Regionibus magis erât versati, & cogniti.
Quod ad reliquâ facce exercitus, collectâ ex vilissi-
mis quibusuis, attinet, occisorū numerus cōme-
morari nō potest. Turca quidē in tâ vastuoso im-
prio facile immensam multitudinē hominū scribere
pot, sed pauci in ea milites strenui reperiētur, nisi
iustis praesidiis ppugnacula limitanea denudare
& priuare velit. Obiiciunt quidam ēt à nostris ty-
rones & nouarios in militum numerum referri, q
nunquā antea hostis conspectū viderūt, fateor id

quidem, sed Turcarum diuersam esse rationem dico, siquidem noster exercitus hominibus constat liberis, qui etsi cuncti in rebus bellicis non sint exercitati, ingenia tamen ad militiam applicant, & vsuum tractandorum armorum, gladii in primis & bombardae norunt. Contra Turcarum exercitus praeter Timariatos & milites qui privilegiis gaudent, constat hominibus abiectionibus, & vi-
lissimis mancipiis, quae nulla specie libertatis fru-
untur, reliquorum militum insolentiis exposita. Rustici in primis, quibus ne arma quidem relin-
quuntur, quos Iudeorum faci abiectionibus, qui
inter Christianos vivunt, vere comparare luet.
Huc accedit, quod in regionibus septentrionali-
bus, homines nascentur sanguine completi: unde
etiam cordatores existunt, pericula spemnunt, nec
vulneribus terrentur, ut Physici dicunt, facilius
quoque aeris intemperiem perferunt. Haec de
militibus, nunc de armis.

DE ARMIS.

ARMA quod attinet, duo primum in confi-
derationem veniunt: Quantitas sc. & Qua-
litas. Ea autem in omni exercitu armorum qualitas ha-
benda est, ut non semel inde milites armari possint,
sed cum ob varios casus ea pereant, vel usu consu-
mantur, vel abiciantur in fuga, alia semper asserua-
da sunt, quae in militib. in perditorum locum tradantur.
Nec eadē ad cunctos bellī usus conducunt: sepius
vbi strategemate hostis vincendus est, expedit pa-
ribus vel similibus armis militem induere, ut ho-
stem decipiamus. Qualitas armorum in usu, & p-
rogatiua consistit. Alia enim offensiua sunt, alia
defen-

defensiua, illis aggeres diruimus, quibus tormenta bellica, & omne genus machinarum compre-
hendimus, & hostem cominus & eminus peti-
mus. Cominus ut est hasta, lancea, gladii & similia. Eminus vero, ut arcus, bombardae, & omne
genus missile. Defensiua arma sunt, clypeus, scutū, ferrei thoraces, loricae, & quicquid denique tutū
corpus ab iectu hostili conseruat, quib. dubio pro-
cul nostri Turcas longe superant. Armorum præ-
rogatiua non omnibus nota est, siquidem è subtili
hominis ingenio proficiscitur, cum nimis rurum di-
ligenter perpendimus, quae arma hoc loco, hoc
tempore, & in hisce actionibus utiliter adhiben-
da sunt, quod qui non obseruarit diligenter, con-
trarium forte suo conatu euentum experietur.
De hac materia inferius, vbi de aciebus ordi-
nandis explicandum erit, fusius dicemus.

DE COMMEATV.

INTER reliquias difficultates, quibus non nulli
moti, domi hostem expectandum statuerunt,
principua fuit, commeatus & rerum ad victum
pertinentium defecitus atque penuria, siquidem
enim offensuum bellum fit gerendum, longius
in hosticum, per desertas scilicet provincias, profi-
scendum, & commeatus, qui tanto exercitui suf-
ficiet, maximo cum labore & sumptu portandus
foret, cum milites nostri qui bonis cibis, & vini
potu assueti, eiusmodi nutrimento sani & incolu-
mes conseruandi sint, Germani in primis maxi-
ma copia indigent, tum pedites propter tot me-
trices, lixas & calones, inutile genus hominum,

1443.
Bonfin. l.
26.

qui ipsorum sequuntur castra: tum equites, qui propter armorum gravitatem, & ne equos perdantur, sibi quiescere solent: Minoris apparatu Hungari vivuntur, minimo vero Turcae, atque Tartari, quos ut plurimum solo stramine & foeno alunt. Milites destituti pane, carne & vino sibi pulmento vel oryza contenti vivunt, hanc se vixisse putant si frustum panis biscoeti nanciscuntur, vel carne salsa, obdurata in puluerem redacta, & aqua calida macerata, vescuntur. Tam austерum vita genus quondam apud Turcas in vlo fuisse potius credo, quam ut hodie eo vivantur. Qui in hac opinione sunt, sententiam suam Vladislai exemplo confirmant, quod defectu commeatus potissimum cum ad Hemus usque processisset, copias reduxisse credatur, eandem victus penuria in caussam extitisse, quod ad Varnam pugna cum maxima incommode fuit comissa: Tum etiam quod in Croatia nihil laude dignum effici queat, ob caritatem annonae potius, quam propter militum paucitatem & defectum. Ut ad hanc oblicationem respondeam, euidem satis mirar in non possimus, sapientes quosdam viros hisce difficultibus irretitos, consiluisse, tam insignem errorim, ut hostem scilicet domi expectemus, in regione florentissima & fertilissima, ubi commodissime sese possit sustinere, ne cogatur longius adferre commeatum. Non igitur sterilitas, sed difficultas commeatum deducendi, & quae inde sequuntur sunt confusiones, nostros perterrituerunt, quod nullum huic malo remedium adhibere sciuerint: Quod si recte fertilitatem regionis, & commoditatem totum fluminum nauigabilem, tantam

copiam

copiam armamentorum, & vehicularum perpendiculariter, certe ulterius penetrassent, quod in hunc usque diem nostram primis culpa, & incolarum discordiis interuenientibus, nondum tentare ausi sumus. Vladislau quod attinet, nunquam ille sibi persuasit fore ut Turcapugnā fugiar, vel quod transitus ipsum impedire posset. Minus vero credere potuit, ut ex Asia tam cito Amurathes contra instructissimum Christianorum exercitum reuertatur in Europam, ut ipsum praeuerteret antequam in Thraciam provinciam fertilissimam perueniret: quod si tale in fortunum suscipiatus fuisset, facilime rebus suis aliter consulere quiuisset. Croatiae defectibus, quo minus consulatur & propiciatur, nostra potius confusione tu quoq; ordines Regni à bello abhorreant, quam ex ignorantia vel impossibilitate quadam euenerit: cum videamus hostes Constantinopolis usque iumentorum dorsis, suos adferre commeatus, & ob eam caussam immensum impedimentorum numerū & aceruum secum in bellum extrahere. Primum sciendum Christianum exercitum ad trium provinciarum limites emitendum: 10000. in Croatia, 30000. ad Transylvaniae, & Walachiae confinia, 50000. ad Danubii ripas subsistet: Necessitate tamen urgente bina castra coniungi possunt. Suppono alteram quoque necessariam belli rationem, quod nunquam locus hostilis, proficiunt exercitui, à tergo relinquendus est, in primis vero prope flumina, ne qui commeatum adportaret, impedianter, qui non modo ab hostiū infidiis defendendi sunt, verum etiam ab incolarū latrociniis & semper turma quædam equitū emittenda, ad loca

Leonti.
lib. 7.

suspecta perlustranda, & detegendas infidias, ne metu prædonum impeditatur commeatus com- portatio, opera quoq; danda, vt pro ratione per- ricularum, & distantiam locorum, vnde merces afferunt mercatores honestum lucrum percipi- ant, quo in posterum ad mercimonia diligentius exercenda instigentur, diligendi sunt certi qui- dam officiarii qui mercibus pretia iusta imponat, certus est locus designandus, quo mercatores se- cure, tanquam in Emporio, conueniant, & quæ attulerunt venalia exponant, vel aliis mercatori- bus diuendant, à quibus postea vehiculis & car- ris tuto in castra deferantur, proficidente enim exercitu non semper ad ea loca, vbi substitit, per- ueniri iusto tempore potest, & mora interueni- ente, merces quæ durare non possunt, corrum- puntur & frustra pereant. Quod si ordines isti stricte obseruentur, non est dubium quin rerum omnium abundantia in exercitu sit futura, pro- pter tot fluuios nauigabiles, qui per regiones fertilissimas, & copiofissimas dilabuntur.

Cum vero ea loca vbi plus imminet periculi, mercatores adire non soleant, necessarium foret in Croatia in primis, vre eius prouinciarum ordines, qui in militibus stipendia soluunt, Granaria quadam publica in locis securis constituant, vnde auenā atque panem militibus stipendiis loco numerent. Quin & pro singulis militum vexillis vehiculum vel iumentum quoddam solo pane bis cocto, vel frumento onustum circumuehi potest, nec ta- men eo sine permisso belli duce vtendum, sed ad subitas expeditiones conseruandum, ne quæ mora iniiciatur, vel occasio amittatur, donec de-

victu

victu sibi milites prospiciant. Vbi vero per dies aliquot in loco certo quiescendum est, iumenta atque vehicula tuto ad constituta illa emporia prouinciarum, vel mercatorum mitti possunt, vt qui- libet pro suo vexillo quæ necessaria sunt compa- ret. Quin & sentina illa hominum inutilissimo- rum mulierum puto, atque colonum ab exercitu abigatur atque depellatur paucis exceptis, qui æ- grotos current, & linteamina lauent, quod pedi- tibus Germanis in primis vsu venit, qui lacertatis vestibus fere nudi reuertuntur è bello; vel per- eunt vestibus destituti.

Postquam Transyluania atq; Walachia, quæ vera Turcarum fuerunt granaria ab ipsis defece- rūt, maximis inde necessitatibus vrgeri ceperūt, siquidem cōmeatum ex Asia nauibus Constantinopolim quidem, inde iumentis in Vngariam transportare coguntur. In Europa parum frumē- ti, ex prouinciis, quas possident, et si fertilissimis, nancisci possunt, quod exigui supersint pagi, & ipsi quidem incolis vacui. Tum etiam quod per transitus militum, qui toties iterātur, omnis vere commeatus absumatur, & regio depopulationi- bus quasi deserta reddatur. Si quis itaque commeatus comportandi rationem, qua Turca vti- tur, deinde qui sumptus requirantur ad alenda tot mancipia, qui eos conducunt, tum quantum frumenti absumat exercitus ante quam sedem belli atringat, recte perpendet, sane reperiet fieri non posse, vt per tres vel quatuor septimanas in uno loco Turca immoretur quod pabulationes quibus equitatus vix sustentari potest, multo mi- nus iumentis, quæ vehicula trahunt, alendis suf-

T

lib.7.

ficient, quorum numerum maiorem esse Lachnicus dicit, quam hominum qui militiae inferunt. Ad Agriam proxime nonnulli opinati sunt, predium differendum esse, quod hostis pabulationum & commeatus defectu breuiinde discessurus sit, cuius penuria plus damni in his regionibus percipit, quam arma hostilia ei inferre possint.

*QVOMODO IN BELLO PRO-
cedendum & bellum fit ge-
rendum.*

QVÆ haec tenus à nobis dicta fuerunt, ad intelligenda reliqua in medium in primis fuerunt allata, siquidem principalis huius materia scopus in iis versatur. Ut igitur probe intelligantur omnia, hæc præcipua capita obseruanda sunt: Bellum scilicet offensiuum in posterum gerendum, tum quo ordine hostilis regio sit aggrediunda; postea qua ratione acie cum hoste sit decertandum, & quod bellum pluribus annis protrahendum, & hyeme quoque gerendum, denique quomodo bello capta sint obseruanda: Quod si in tam breui compendio hæc omnia pro re didicuntur discuti, & examinari nequeunt, ita saltem quorum plurimum interest, ea diligentissime considerare, & ad calculum singula reuocare debent.

*BELLVM OFFENSIVVM GE-
rendum esse.*

QVÆ commoda, quæ in cōmoda bella offensiva vel defensiva sequantur, primū genera-

neraliter, tum particulariter cōsideremus. Ad prius q̄ attinet plurib. sane exemplis cōprobatum est, Bellum cōmodius Guicciardino teste hosti inferri, & in hostium deriuari quam domi illud excipere. Eius rei exēpla multa apud Romanos scriptores legimus, qui earum partes plerumque potiores existisse prædicant, qui primi arma armipuerunt, ut habeat Liuius in consultatione de bello Samnitis móiendo, vel in Macedoniam transferendo. In oratione Scipionis de Africā debellanda. In consilio Hánibalis Antiocho dato, de bello Italix inferendo, quæ loca omnia sententiis exquisitis sunt referta, inter quas hæfere sunt præcipua: præcaueri destructionē propriæ ditionis: hostem impediti, quo minus pro libitu suorum ope atque præsidio vti posse, subditorū facultatib. hostilis exercitus deuastatione euersis: Hostē timidiorem reddi, cum qui aggrediuntur semper sint ferociores: milites cordatores ad pugnam reddi, q̄ procul à ditione propria & patria absint: occasionē suppeditari multorum animos explorandi, qui erga principem male poterant esse affecti: victoria lucrata regionem hostilem posse occupari, priusquam hostis exercitum restauret. His rationibus aliae opponuntur contrarie, quas idem Liuius recenser, describens incommoda, quæ Alexander M. habitus fuisse, si in Italiam descendisset: ut Fabius in senatu contra Scipionem probat, & Paulus contra Hannibalem, qui idem hoc tandem fatetur. Quod domi quisque maiores copias colligere, quam extra ditionem ducere posse: clade accepta

lib.10.

Tit. LXXXI.

lib.11.

lib.21. 18.

lib.24.

lib.5.

lib.18.

lib.124.

patere, quo se in tutum recipient milites, à nece
superstites: exercitum restaurari facilius posse: si-
tus locorum & viarum cognitos esse, quos in no-
strum usum conuertere possumus, res necessa-
rias domi suppeditare, quibus in peregrina regio-
ne sit carendum.

lib. 2. c. 23. In hac materia Secretarius in hunc modum di-
stinguit, si, inquit, potentia eius qui oppugnatur,
inferior sit hostili, defensuum bellū gerere de-
bet, cum auxiliis externis destituatur, fecus faci-
endum si vires eius tantæ sint, ut acie cum hoste
concurrere, nec de victoria desperare auct. Duo
insuper hic consideranda: Num regio natura-
litas, vel arte sit munita, num pateat vndeque. De-
inde utrum exercitus noster è propriis subditis
constet, quos conuocare possumus pro libitu, an
vero conductios milites habeamus, iisque con-
fensi plurium conscribantur. *Quod si regio mu-*
nita sit, & militia ex subditis constet, hostis pro-
pter dictas causas domi expectari debet: Si ve-
ro aperta sit regio, & milites ab alterius arbitrio
dependeant, non expedit, ut defensuum bellum
geramus, sed melius erit hostem præuenire, ma-
xime vero si ille sit vicinus & potens, cuius impe-
rium subditi absolute recognoscāt, quos ille pro
libitu conuocare, & hinc inde emittere possit,
qualis reuera Turca est. Eius rei Hungari exem-
plum præbent, quos nunquam hostis subegisset,
nisi discordiis ciuilib. irretiti (vt dicit Bonfinius)
defensuum bellum gerere constituerint, q̄ re-
uera nihil aliud erat q̄ bellum gerere, non ut illis
*conducebat, sed potius ut hosti cōmodum vide-
batur: Maximis sumptib. ingens s̄epius exercitus*
fuit

lib. 34.

fuit collectus, isq; sine ullo fructu iterum dimis-
sus, q̄ hostis rebus suis prospere gestis, discessisset
vel anni rēpus non patetur amissa recuperare.
Accedit & alia haud leuioris momenti cauſa,
quod cum nos eo tantum animo bellum susci-
pimus, vt nos defendamus: probe illud succede-
re non possit: Cum econtra vbi hostem offen-
dere velimus, possit. Turca mouendo nobis
bellum offensuum, omnes ibi impedit regni
neruos, illis expugnans vrbes & arces, hisce op-
pugnans & debellans nostros exercitus: Id quod
non potest, cum ad defensionem sui tantum in-
tentus esse velit. Prærogatiua defensorum con-
sistit in altitudine propugnaculorum, tecto-
rum, & iusto laterum ordine extensorum, qua-
sic stante pauci multorum assultus sustinere &
reprimere possunt: Eaacente vincuntur. Iam
quis merito sperare potest, quatuor, sex aut de-
cem hominum millibus diu hostem impedire?
qui in obsidione loci alicuius 100. aut 200. mil-
libus, his agendo curriculos, illis effodiendo ter-
ram, fossa que replendo, istis munimenta & ag-
geres educendo, strenue occupetur, & totidem
aliis in hostem eductis, configat: quia breui tem-
poris interuallo superior euadat, ac munitissi-
mum etiam propugnaculum euertat? & quod-
cunque præsidium eneruet inque nihilum redi-
git absque vlla militari arte, & ingenii soler-
tia: Nisi illud singulari naturæ beneficio insigni-
ter munitum sit. Præterea rationes nostra effe-
ctum non sortiuntur, cum ad succurrēdum ob-
sesso alicui à Turcis castro certum præfinimus
tempus: metientes illud non ex potentia hostili

in hoc belli genere: sed vel ex propugnaculorum magnitudine, quoad nos: vel ex commoditate situs: vel ex præsidii virtute, quā alias fortassis resistēdo viriliter conspicuam fecit: non indagates veriores euentuum caussas. Vnde postea fit, vt succursus isti semper tardius adueniant: Cui saepe accedit præsidiorum perfidia, aut animi abiectione, sicut huius rei testis est omnis Vngaria palmus. In eo autem belli genere, quo nos hostē aggredimur & impugnamus, eque suis latebris in planitiem ad arma conserenda prouocamus, multo secius euenit. Non enim potest in præliis campestribus, sicut in obsidionibus, usurpare palas & ligones: sed tantum lanceas, hastas, & bombardas: Et hæc cauſa est, quod raro ad prælium apertum adduci potest, satis perspectum habens, quantum hoc suis rebus, vel proſit vel obſit.

*QVO ORDINE REGIO HOSTI-
lis sit aggrediunda & debel-
landa.*

QVÆRITVR quis locus primum, quis postea sit oppugnandus. Diuīsimus exercitū nostrum in tres partes, tum vt hostium vires distrahantur, tum propter commeatus rationem, tum etiam vt præcaueantur confusioneſ. Cum parte præcipua, scilicet millibus tum peditum, tum equitum hosti ad Dahubii ripas occurremus: altera pars 14. nimirum peditum, & 6. equitum millia in Croatiam mittenda, quæ cum steriliſ sit, & montuosa regio minores copias, & plu-

res

respedites, quam equites capere potest. Reſtant 3000. hominum è quibus Transſylvano. maior numerus equitum Germanorum 6000. scilicet, & 4000. peditum mitti poterunt, sub ipso quoque 10000. equitum, & totidem perditæ Hungari militent: Siculi præstansſimi forent, si hastis præpilatis uterentur. Exercitu hunc in modum diſtributo, duæ Regulæ ducibas ſunt obſeruandæ: Quod nullus à tergo locuſ hostiſiſ ſit relinquendus: Altera, vt tempus & labor in loco, qui aliquius ſit momenti, occupando, inſumatur, & in eo honor & ſumptuſ, qui impen- duntur, conſiderentur. Priori regula pericu- lum auertitur, ne exercitus intercludatur, & ſe- curitati eorum, qui commeatūm compoſtantur, conſulitur. Alterius obſeruatio faciet, vt cuin re- centibus coopiis loca munita & principaliora fa- cilius occupeamus, quæ minora alia lequentur, quorum occupatio forſitan eadem opera & la- bore quo priora fuerunt expugnata, conſtitui- ſet. Hoc conſilium Asdrubal capta Plazentia. *Tir. Lin.
lib. 17.* ſecutus est: Marcello, cum Agrigentum occu- *lib. 16. 26.* passet, 60. alia v̄bes & oppida ſele dediderunt. Antiochus vniuersa Thessalia potitus eſt, cum Pheras in ſuam potestatē redigiffet. Idem in- *lib. 14.* nuit Marcellus, Fabium Collegam reprehendēs, quod Caſilinum exiguum caſtrum obſediffet, quod ne tentare quidem debuiffet, eo tamē ſe- mel obſeflo, propter honorem deſerinon po- ret, et ſi propter diſſicultates inde emolumen- parum & fere nihil Romanis acceſdebat.

Hoc igitur in primis tribus nostris exercitib. obſeruandum, vt nunquam hostilem locum à

tergo inexpugnatum relinquant, ea maxime quæ ad fluuios sita sunt. Tum ut semper aggrediantur loca principaliora, & præclariora: inde præter alia sequetur ut hostis si auxilio obseffis venire velit, nobis magna sua cum incommoditate, se se accōmodate cogatur. Nec à tergo aciem nostram agredi & confundere possit, quo vnico modo nostros prælio superare antea confuerat. Ut ad singulæria veniam, puto exercitum nostrum maiorem, ad Budam occupandam initio applicandum esse, posthabita Solnock, Agria & Hatwana, quod vrbes istæ hosti potius impedimenta, quam emolummenta sint futuræ, & ex iis commeatus, qui per Danubium defertur, impediri nequeat. Budæ vero ob has rationes capienda, quod nimis una sit ex vrbibus regni primariis, hostes eam optime munitam æstimet, Regni sit Metropolis, & quod est præcipuum in meditullio fere sita, vnde versus Solnock & Agriam commodissime præsidium mitti potest; nobis vero necessaria & peropportuna propter Alba regalis obsidionem, qua simul etiam Iauarinum intercluditur & obsideretur. Si Solnock, Agriam vel Hatwanam obsidere velis, Danubii commoditate destitueris; in Iauarino occupando eadem difficultates, & forsitan maiores occurrent, minores tamen vtilitates inde ad nos redundant, & parum honori nostro conduceat si defensionibus assiduo, & amissis recuperatis innitimus. Fateor Iauarinum grauis instar stimuli esse, qui fortiter nos pungit, propter vicinitatem multorum locorum, qui magni sunt momenti, & quod hostis inde magno suo cum fructu bellum gerere possit. Nobis tamen omnium

rerum

rerum commoditas inferuit, fossorum in primis, qui maxima copia in ea regione reperiuntur. Una Budæ obsidioni difficultas obstat, quod exercitus diuidendus & interuallo maximorum fluuiorum separandus erit: Eodem enim tempore Pestam (quæ ad alteram ripam posita est) cingere & premere conuenit. Itaque sub mensis lunii initium coram hac vrbe comparerem, cum hostis copias suas nondum coniunctas habet, ponte super fluuium construerem, & melius custodirem, quam in priori obsidione Anno 1541. & nuper ad Iauarinum factum, vbi pontis expugnationem detinatio vrbium secuta est. His primordiis ita constitutis, ambo loca simul aggrederer, Budæ fingere arctius instare, sed re ipsa vehementius vrgerem Pestam, quod facilior captu sit, tum quod copiæ quæ Pestam obsident facilius reliquis, si hostis auxilium Budensibus ferre conetur, se cōiungere possint. Quod si res ex votu cedat, nec aliud periculum superesse videatur, copiæ istæ Seghedinum obsidebunt, quod locus ille commodissimus sit, non solum ad deturbandum hostem ex Hungaria superiori, verum etiam ad transitum in Transyluaniam confirmandum, cuius Princeps occupato Chinadino, quæ parum à Lippa distat, ponte Tybiscum iunget, eoque firme præsidio munito, consilia & auxilia nostra quo quis tempore excipere poterit, ob hanc vnicam causam, nisi ad eßent alia quoque, Budæ expugnatio non est omittenda, nec suaderem Trá-sylano, ut Temesvariam oppugnaret, nisi obessa vel expugnata Buda, ne mole exercitus Turcæ 1594.

cicī contra se irriteret, & conuertat, cui noster exē-
citus ppter longitudinē itineris in tempore auxi-
lio venire nequeat. Quin prius transitū confir-
mandus, & cauendum ne à tergo quid periculi
immineat, ptiusquam tanti momenti res suscipia-
tur. In Croatia duo sunt præcipua itinera, alte-
rum ad Satum, ad Drauum alterum tendit. Illud
confirmandum Perrinæ propugnaculi auxilio,
& fluuius occupandus. Quod si ab ea parte Bi-
cia cum locis finitimis occupari posset, confinia
illa contra Bosnam tutā existerent, & exercitus
ibidem subsisteret: Inde alterum iter, quod ad
Drauum ducit tentandum, quod Bobaccia exi-
guo interuallo ab eo distet, & propugnacula iis
in locis, quædam construenda, quo se exerci-
tus recipiat, si maioribus viribus Turca ingue-
ret, hac ratione plurimum damni hostibus infer-
ri potest, tum propter vicinitatem Sigethi, cuius
illi maximam curam gerant, tum propter com-
meatus defectum, atque impedimentum, si ver-
sus Budam excurrere velint. Itaque exercitus
hic si in istis regionibus solummodo quietus
subsistat, reliquis duobus plurimum conduceat
donec vel reuera Temeswaræ obsidio suscipia-
tur, vel saltē fingatur, ut hostium consilia, at-
que copiæ distrahanter, quo Buda, vel Alba
regalis maiori cum securitate obſideri possit.
Hæc de præsenti materia dicta sufficiant, in reli-
quis idem ordo, & eadem regulæ in tribus illis
exercitibus obſeruentur.

DE PVGNIS ET
prælia.

ARTIS

ARTEs quibus dux belli in primis excellere debet in ordinandis aciebus, & pugnis cō-
mittendis consistunt: in his si probe versatus, &
instructus est, reliqui errores, qui ipsius culpa cō-
mitruntur, facile corrigi, & perferri possunt: Qui
contra artibus hisce destituitur, et si reliquā mili-
tarē disciplinam optime sciat, nunquam tamen
ad prosperum finem bellum arduum deducet.
Namque pugna prospere commissa defectus
priorēs omnes delet, & obliterat, victoria vero a-
missa reliquas actiones quæ prædecesserunt inu-
tilies & vanas reddit, quantum porro gloriae &
honoris victoria habet, tantum ignominiae &
periculi clades adferunt, siquidem in rebus belli-
cis fortuna ut plurimum dominatur, in pugnis
eius imperium in primis adparet; vbi decretum
Ducis, non recte, intellectum, vel percep-
tum, vbi ordo præscriptus non recte obser-
vatus, vbi temeritas, aut vana quædam vox,
à minimo milite edita, victoriam hosti pa-
rat, quem victum credebamus, vbi deni-
que ex improviso innumeri casus eveniunt,
quos dux belli consilio suo præuertere, vel
assequi nunquam potuit. Ideoque superius,
vbi de militibus dixi, tandem in hunc sensum
conclusi, Turcam commodius vincere posse,
quam crebris pugnis, in quibus tamen
magnum ille prærogatiuam habet, ideoque
relictis communibus illis stratagematibus ad
ea reuertar, quibus ut plurimum victo-
riam nobis hostes eripuerunt, ante omnia
de acierum ordine dicendum foret, que-

Secreta-
ria de
Arte mi-
litari lib.

modo tam numero exercitui resisti posset, sed cum ea materia pluribus capitibus constet ad finem huius libelli eam reseruauit. Perpendi sapientiam mecum, & examinavi pugnas celebiores, in quibus Christiani à Turcis victi, eas præcipue quæ in Vngaria commissæ fuerunt, vbi (posthabitatis cauissimæ, ob quas ad manus ventum fuit,) quatuor præcipuos errores & causas cladis nostræ me reperiisse puto, qui necessario in posterum præcauendi & corrigidisunt. Error insignis videtur si exiguæ copia prælio cum immensa hostium multitudine configantur, si nimio pugnæ feruore & cupiditate hostem aggrediamur, si milites ordines deserant, vel prædas agant, hoste nondum penitus deuicto, vel lucrata victoria: si nimis diu hostem fugientem insequantur. Hos errores, & quæ adhibenda sint remedia, vbi pro dignitate materiæ probè deduxero, spero me satis euidenter demonstrasse, Turcam in Vngaria optime vincere posse.

PRIMVS E R R O R.

ET si victoria non hominum multitudine, sed militum strenuorum fortitudine apprehendantur, innumeræ ut exempla testantur eorum qui cum impari plane hostium numero manus feliciter conseruerunt, inter quæ clarissima omnium Luculli est victoria, qui aperto Marte cum 6000. equitum, & 15000. peditum Trigranem immensam hominum manus stipatum profligauit. Qui cum Romanorum castra è longinquo lustrasset, per iocum dixit: ad Legationem tot

tot hominibus non opus esse, ad exercitum maiores copias requiri. Attamen Turcae non adeo sunt stupidi & insulsi, cuiusmodi à nonnullis finguntur, siquidem ab infantia ad labores & bellica exercitia assuefiunt: Neque in nostro exercitu ea disciplina militaris cernitur, quæ quondam floruit, vnde pauci sæpius heroica plane facinora, & quasi miracula contra numerosissimos hostes ediderunt. Quemadmodum igitur belli dux merito ignorantia vel timiditatis accusaretur, si ad Turcam vincendum 300. vel 400. hominum millia concubere velleret, quo æqualem hostili exercitum haberet, non consideratis aliis prærogatiis: Sic stultæ temeritatis notam merito quidam incurret, si cum 15. vel 2000. militum victoriæ sibi promitteret. Nam et si eius rei exempla in regibus & ducibus quibusdam habeamus, illi tamen non studio, sed vi & extrema necessitate coacti ad manus peruerterunt. Vladislavus putans Amurathem plane Europa exclusum esse cum 25000. in expeditionem profectus est (et si Dracola ipsum præmonuissebat, ne cum tantæ paucitate ulterius procederet, siquidem Turca ad venationes maiores copias secum trahebat.) Hoste igitur subito compatente, tuto cedere, & pedem referre non licuit, nec subsistere etiam poterat, quod commeatus inopia exercitus laboraret, fortunam tentare coactus fuit.

Paulo post Ioannes Coruinus, ut ignominiam illam antiquaret cum 22000. pugnam inuitus cum eodem Imperatore iniit, prius

1444.
Bonfin. I.

26.

1448.
Ibidem.

1526.

1396.
Bonfin. I.
26.

quam reliqua aduentarent auxilia. Neque Ludouicus studio contra Turcarum aciem, qua 30000. hominum constabat cum 25000. in prælium descendit, sed cum hostem ad Draum transitu prohibere cogitaret, & serius aduenisset, recedere periculosis duxit, quam pugnare. Nec subsistere poterat commode, donec reliqua auxilia aduentarent. Huc tamen non debet referri Sigismundi clades, qui cum 60000. militum casus fuit, non equidem propter exercitus debilitatem, sed propter alios errores, de quibus postea dicemus. Ad Agriam nuper exercitus noster 50. fere milibus militum constituit, causus tamen, non quidem copiarum defectu, vel hostium fortitudine, sed propter alias quasdam confusiones, vel quod exemplo Ludouici in insidias fuerint deducti, vel quod nimis precipitanter, vt Sigismundus in prælium procurerint, vnde postea consternati milites, vano terrore perterriti fuerunt.

Sufficient igitur 50000. militum ad pugnam cum Turcis ineundam, maxime si eius vires, ut supra dixi distractæ, nec in unum locum collectæ sint, præter rationes superius allegatas exemplum me mouet Romanorum, qui contra copiosissimos hostium exercitus maiores copias non duxerunt. Accedit ad rationem experientia quoque, quæ non ex successu examinanda, in quibus fortuna partem quoque sibi vendicat, & alia occasionses, præter pugnantium fortitudinem, interueniunt, sed ex hostium confessione propria desumenda. Cum Vladislao sane, qui in prima sua expeditione 50000.

homi-

1493.
Bonfin. I.
42.

hominum in aciem duxit, manus conferere ausus non est, quin ne ad pugnam cogeretur, transitus difficiliores Thracie obstruxit. Multo minus Vladislau II. cuius exercitus 60000. constabat in acie expectare voluit, sed ut tuto copias reducere, & domum reuerti posset, specie legationis & induciatum eum decepit, & variis excursionibus ipsum distraxit. Solimannus omnium Imperatorum Turcicorum fortissimus bis in Austriam cum 300. & 500. milibus militum Germanorum innexus discordiis, descendit, verum ubi saltem exercitum à nostris conscribi intellexit, qui tamen nondum in ipsius conspectum venerat, turpiter inde discessit, eiusque discessus fugæ haud fuit absimilis. Idem Strigonium atque Albam Regalem cum 20000. militum expugnauit. Sed cum Ferdinandum cum 40000. hominum Passoniam aduenisse, & recta contra ipsum tendere inaudiuuit, subito reduxit exercitum, copiasque dimisit. Infinita eiusmodi exempla in medium adduci possunt. Agria quoque eius rei testis est, ibi quæ gesta sint, recenti adhuc memoria tenemus, sane perinuitus, nec absque timore hostis in aciem descendit, cogitans nostrorum saltem animos tentare, vel confusiones inter eos excitare, quæ ipsius commodo seruirent. Vbi vero nostros superare paludes & arctius illi instare vidit, neglecto armorum præsidio fuga salutem quæsivit.

1529.
1530.

1543.

Rationes denique ex multitudine hominum desumo, cui neque viatu & cōmeatu pspici, nec ea

1443.

certo ordine regi, & in freno contineri potest. Deinde vere mihi persuadeo, copias nostras, armis instructas, eo ordine in aciem colloccari posse, ne ab hoste inerni circumdari possint. Tandem quod hostium vires disiuncte sint, ad plures imperii limites defendendas. Quod si omne suum robur omnemque potentiam vnitam haberet, nostri quoque contra non secus cunctas suas copias recolligere, vel conatus eius eludere poterunt, donec reliqui exercitus in aliis prouinciis, iustis praesidiis priuatis, alias expeditiones perficiant. In discessu vero extremum eius agmen aggrediendum & infestandum foret.

SECUNDVS ERROR.

SECUNDVS error è nimia militum audacia, & pugnandi desiderio prouenit, & si militaris audacia in pugnis probatur, imo duces quoque militum animos ad eam excitare debeant, semper tamen ex Pauli Æmilii consilio, penes bellum ducem consistere debet, locum, tempus, & formam pugnae designare, quæ ducis munias si milites sibi sumant, officii rationem excedunt, siquidem verus militiae ordo inuertitur, & confusiones introducuntur quas ordinarii sequuntur effectus, cuiusmodi Vngaria saepius maximo suo malo experta est. Clades ad Nicopolim Vngarorum & Gallorum contentionе contigit. Hie-nim ne gloria priuaretur, quod primi hostem aggressi essent, ante tempus impetu in Turcas fecerunt: Illius ad Varnam¹, caussa exstincta nimia quarundam legionum temeritas, quæ hostem in planicie circumcurrentem conspicerant, cum-

que

que aggressi, contra ordinem præscriptum, insestando, in loca incommoda fuerunt delati, quæ caussa ruinę totius exercitus fuit: Ad Mohaz Vngarii differre potius, quod commode poterant, quam inire prælium debuerant, donec aduentu auxiliorum, exercitus ipsorum confirmatus fuisset. Illi vero primas hostium turmas quæ è longinquo comparuerunt cum impetu adorti eos fugarunt, & tam diu infecuti sunt, donec in insidias inciderunt. Etsi clades ad Agriam nostro exercitu, non propterea quod paludes milites superarint, sed ob alias quasdam confusiones, quibus ordines fuerunt turbati, illata fuerit, negari tamen non potest, summo cum periculo pugnare initium fuisse factum, siquidē hostis dum nostri alibi paludes superant, in alio loco, vbi minime cogitarant, adoriri pro libitu aciem Christianam potuisset: Nisi ruinæ caussas, prædandi desiderio potius quam pugnandi studio attribuere velimus, siquidem avaritia equites seducti in funes & tentoria hostium fuerūt delati, vbi misere perierunt. Paulus Æmilius non solum nimiam militum in pugnis, sed in verbis quoq; temeritatē castigabat: cum nō datum sit cuilibet Duci, constantiam & lenitatem Fabii Maximi imitari, qua erga Minutium vsus est.

TERTIVS ERROR.

TERTIVS error deprædationibus committitur. In militia Romana cautum erat, ne milites prædas ageret, priusquam certum à Ducibus signum ederetur. Nec difficile erat sub ordinibus copias continere. Cæsar ita clade Pompeii

^{bcl. cimil.}
^{lib. 3.}^{tit. lipp.}
^{lib. 3.}

Pharsalica subito restituit ordines, ut profligaret Pompeianos quosdā, qui collem proximum occuparant. Ut ilissima hæc & necessaria est disciplina omnibus qui lucratam victoriam in dubium reuocari nolunt, ut sæpius euenit: siquidem milites spoliis atque exuuiis colligendis adeo disperguntur, ut in aciem reduci nequeant, quodcumque sane periculum immineat, sæpius eo stratagemate milites fuerunt decepti, quibus hostes, simulata fuga, spem prædæ opimæ iniecerunt, castra omni genere spoliorum referta, eis diripietida concesserunt, inter fugiendum res pretiosas proiecérunt, vel carros atque vehicula subducere, ne hosti in manus venirent, simularunt, ut eorum aciem hac ratione dirimerent, cuiusmodi strategemata Frontinus plura recenset. Multi duces ut errorem hunc euitarent, commoditates eiusmodi suis præripuerunt, plurimi propugnacula magni momenti, iam victa fere, capere noluerunt, quod hostibus præsidium licet exiguum aduentare scirent, verentes ne dum milites in colligenda præda occupati essent, hostes eos adorirentur imparatos. Turcæ eiusrei obseruantissimi sunt, nec vrbes, nec castra diripere solent, nisi omni suspicione imminentis periculi vacui sint, & liberi, ne amittant certam victoriam spe prædæ exiguae, quæ ut dicebat Ambioriges, victoribus tandem, sero licet *Cesarbel.* cedit. Ad Varnam Turca per triduum à directionibus castrorum abstinuit, post pugnam ad Agriam commissam, sequenti die integro omnia impedimenta salua visa sunt, & intæta: sane qui *Gallib.* hac

hac ratione in bello procedunt, non timide sed prudentissime agunt, secus quam fecerunt quidam è nostris centurionibus, à quibus vix hostis discesserat, non vi in fugam coniectus, sed sponte se subducens, nam et si hostis non vt nostros deciperet, sed præ timore aufugit, illi tamen suos ipsimet ordines turbarunt, & hosti causam præbuerunt insidias struendi, & in aciem redeundi. Antiqua huius rei exempla minus nota sunt, sed nostra recentiora omnibus patere debent: in *Guicciard.* Vngaria Aladana, & paulo post Deutelius, maxima suorum strage, insignes amiserunt victorias iam partas, quod nimis audie præda inhabant milites, ob eandem causam Clissa propugnaculum fortissimum nuper amissum fuit: Ex cuius conseruatione stuctus sperabamus amplissimos. Non igitur milites in loca ducendi sunt vbi se subducere, vel ordines deferere possint: quod si aliquando euitari nequeat, Foxii istius Gallici ducis regula tenenda, quam obseruauit cum ex arce Bresciana vrbi iam captæ ab hostibus præsido acceleraret, imperans vt proximi quique omnes eos trucident, qui in ædes ciuium prius quam hostis penitus deuictus, atque fugatus esset sese ingererent. Quin & Turcarum more officiarii quidam post acies substituendi, qui sine discrimine primos occident, qui ordines egrediuntur vel deferunt, de qua re inferius, vbi de ordinatione aciei dicendum.

Q V A R T V S E R R O R .

Q VARTVS error hosti insequendo committit. Constat equidē non eandē esse pugnandi

rationē, sed eam mutari pro varietate nationum quārum aliae statariis aliae velitaribus pugnis magis sunt assuetae. Stataria pugna omnium securissima & optimā est, sāpius tamen superata ab his, qui velitaribus vntur, non aliā ob causam, quam quod crebriori impetu hostium sāpius terato soliditas & robur copiarum infirmatur, & instabilis redditur.

Milites vero ad statariam pugnani armati, ob grauitatem armorum minus apti sunt ad velitationes, in quibus diu subsistere nequeunt, sed

bel. civil. lib. i. §. 5. cedere tandem coguntur. Omnibus hoc solet initio contingere donec assūescant. Cæsar's legiones in Hispania, atq; Africa idem sunt expertæ, sāpius ordinibus hostium instabilitate per ruptis, vnde Cæsar, tanquam tyrones & nouitios in hoc certaminis genere milites, pugilum more, exercere & instituere coactus fuit. Non meliori conditione vi sunt veteres Italorum cohortes, *1486.* Turcis ad Hydruntem oppositæ, siquidem statariis pugnis ipsis nocere nequiuerunt, nec contra velitationes resistere, nec prohibere excursiones potuerunt, quin ad præcauenda maiora damna & pericula, copiæ quædam ex ipsa Hungaria euocatae fuerunt, quæ leuiter armatae hostium pugnādi rationem iam didicerant: sane leuiter armatai, si à tergo eos, qui graui armatura sunt induti, aggredi possunt, circumvolutionibus eos fatigant, ordines turbant, & facile vincunt. Leuis enim armaturæ propria est agilitas, & crebra agitatio atque mobilitas. Nunc fugit, nunc credit in aciem, nunc hostem à tergo vél quocunq; luctet aggreditur, quod ybi in stataria pugna vñi venit,

Bonf. lib.

36.

venit, iam rupta censetur. Hanc prærogatiuam Turcæ optime didicerunt, eaq; vti melius, quam nostri suos seruare ordines, norunt, sāpius enim fugiendo, quam pugnando victores extiterunt: Neque casu vel fortuito, sed studio & ex legibus suæ militia hac ratione in pugnam descendunt, siquidem impetu contra nostram aciem nihil efficere possunt. Michaelem Paleologū velitatibus diu detinuit, & defatigauit, tandem fugam simulans in insidias eum deduxit, & insigni clade affecit: Andronicum per integrum diem nūc fugiendo, nunc iterum propellendo distinquit, defatigatum omnibus copiis aggressus, eum profligauit: Ad Varnam, Coruini, diuturnis velitationibus, insignis illa strages secuta est: Ludowicus defatigatus, (quod per integrum diem equo vectus esset) vctus fuit ab hoste, quem fugere credebat, cum sine ordine victoriam incertā prosequeretur. Nuperrime ad Agriam cum hostis tergum vertisset, nimis audacter eum nostri insecuri sunt, vnde victoria splendidissima illis è manibus clapsa est. Non semper hostis fugit, cum tergum verit, qua de re inferius de ordinatione plura dicentur.

BELLVM PLVRIBVS ANNIS continuandum.

F Ructus eius qui vicit in vsu victoriæ confitit, quæ qui vti nescit, maiorem incurrit infamiam, quam si nunquam viciisset. Maius enim decus est defraudari rebus, quæ in nostra potestate consistunt, quam quæ à fortuna dependēt: Ideoque potissimum id agendum, vt hostem in-

sequamur, & opprimere, atque internectione de-
lere pergamus, donec in pauore & timore adhuc
haret, ne tempus ipsi concedamus ad animū re-
sumendum, & vires recolligendas, grauiter fuit
Hannibal reprehensus, quod post pugnam ad
Cannes feliciter commissam, victoria vt nesci-
uisset. H̄ugaria nostra defensuum semper bellū
gessit, quasi hostis cum quo ei res est plane esset
inuincibilis, quo in errore non frustra nos hā-
re nonnulli putant. Verum si fundamentum
potentia Turcicæ perp̄dimus, quod in Seragli-
is consistit, quæ solummodo bello diurno &
continuo euacuari possunt, vere apparebit gra-
uiter à nostris peccatum fuisse, quod bellum diu-
nius non protraxerint, & post insignes clades il-

Bonf. lib.
31.

1475.
Bonf. lib.
34.

lud quoque cōtinuarint. Matthias rex dicere so-
litus est, Turcam vinci non posse, nisi ipsi tempus
præcidatur, & occasio, vites recolligendi, quæ in
ipsis victoriis debilitantur: ipse tamen Matthias,
vel impeditus aliis bellis, vel Vngarorū culpa
nuptiis quoq; interuenientibus, Sinderouia ob-
sidionem neglexit, cum sola restaret ad liberadā
Bulgariam, quæ cauſa fuit, quod tota ea prouin-
cia Turcæ imperio postea cessit. Quid commodi
cessat Christiano orbi ex illa celeberrima victo-
ria in mari Anno 1571. parta classe Selimi II. cēla
atq; fugata, cum viñtores cursum victoriæ secuti
non fuerint, quo eius fructū perciperent. Quod
nisi singulari Dei prouidētia hostis animum à re
maritima despondisset iam dudum experti esse-
mus, quam exigua quietem tanta expeditione
acquisiuissemus. Nunquam forte continget, vt
Christianismus eiusmodi classem contra Turcā

nisi extrema coacta necessitate, instruat. Quod
si nunc pacem incamus cursum victoriæ sane de-
serimus, quam adhuc à nostris partibus stare iu-
re affimo, non obstante Agriensi clade: siquidē
hostis non modo in aliis præliis, sed hoc ipso an-
no longe maiorem militum numerū quam no-
ster exercitus amisit. Tum quod ipsius potentia
adeo attenuata, vt amplius fere resistere nequeat
nisi tempus ei concedatur vires restaurandi. Fa-
xit Deus, vt exoptatam hanc commoditatē, ty-
ranni huius opprimēdi, recte perpendamus, nec
rursus eam in vanum elabi patiamur, & certo
cum Matthia rege nobis persuadeamus, Turcicā
pacem ad grauiis bellum præparationem fore.
Pax est dicit Polybius, res dulcissima, & bellum *15. His.*
omni ratione vitandum, sed extrema quœuis non
sunt tentanda, vt ad pacem perueniamus. siquidē
Reip. æquitas, incolumentas & libertas cui-
us paci præferuntur. Nec Pindari sententiā pro-
bo, qui ciues suos hortabatur vt tērarent omnia
quo pacem & tranquillitatē recuperarent. Pax
sane, idem subiicit, res est pulcherrima si iusta sit
& honesta, quo nihil quicquā pretiosius inueni-
ri potest: Deniq; nihil quicquam vel iniuste, vel
turpiter committendum, vt pace fruamur.

BELLVM ETIAM TEMPORE hyberno gerendum.

Si bellum cōmodissime plurib. annis cōtinua-
ri potest, vt supra, pbaui, sequeñ ex iisdē ratio-
nib. etiā hyberno tépore cum utilitate & fructu
illud geri posse. Idē Appius Romanis suasit cum *T. Liu.*
Veios obsideret, q; hyeme iaterueniēte, labores *lib. 5.*

& sumptus iam impensi inutiliter cedant, & nunquam expeditioni finis imponatur, sed bellū continuando hosti occasione in præripī spiritus & animum resumendi, atque vires restaurandi, eumque defatigari. Quod ita se habere in bello Turcico experimur, ad quod tarde noster exercitus sese parat, potiorem anni partem in apparatus faciendis consumit, vix duo vel tres menses militando transfiguntur, interim stipendia pro quinque mensibus persoluuntur. Pleraque igitur pecunia in profectionibus & apparatus impenditur, secus fieret si per integrum annum bellū duraret, & stipendia pro 12. mensibus soluerentur, et si nouem scolumnmodo miles in castris versarentur: Ea sāpius aeris est temperies, vt miles in campis per totum fere hyemē morari possit. Glacies nonnunquam expeditiones faciliores reddunt, sereno cœlo educi possunt milites, qui aeri Vngarico magis sunt assueri, si stipendia longius durēt, milites dilationem solutionis, atque diminutionem minus grauiter ferent: siquidem nullum fere commodum ex stipendiis percipere possunt, quod militia cito dissoluatur. Sed grauiā incommoda in itineribus, & multum detrimenti in solutione stipendorum patiuntur, quorum loco & arma & aliæ merces eis dantur, vnde maximum lucrum ad duces reddit, qui ob id singulis annis nouam militiam instruant. Adde quod in Vngaria semel tantum exercitus lustratur, è quo primo statim mense, quarta fere militum pars fuga dilabitur, vel mortib⁹ perit, quorū stipendia duces sibi reseruant, cum prouinciarum maximo damno, quod exiguo cum fructu bellum geri possit propter

pter militum paucitatem. Diligenter hæc considerari, & sœuere reformati debent. Huc accedit, quod singulis annis miles per easdem prouincias bis proficiē soleat, vnde plurimum damni misericordis rusticis infertur, & onera illa grauiora sint, quā ipsa tributa quæ pendēt. Non solum autem nostris proderit bellum hyberno tempore cōtinuare propter cauas modo dictas, sed in primis hostibus illud impedimento erit, siquidem Turcæ (vt Rex Matthias dicere solitus erat) aqua & paucissimo cibo contenti, hyemis iniurias & vim frigoris non æque perferre possunt, vt Hungari, qui vino & victu lautiori recreantur. Tum quod milites Asiatici temperationi acri sunt assueti: Vsus camelorum qui impedimenta gestant in hyeme vanus est, & inutilis, quod super glaciem incedere nequeant. Incommoditates augent via lutoſe, & herbarum inopia, vnde tot equi & reliqua animalia sustententur, in æstate ex campis nutriti possunt, vnde fit, vt raro copias antequam herba excreuerunt, educat, hyeme nunquam quicquam tentauit, præter excursions, quibus singulis diebus in alia loca perrumpere potest, vt habeant milites vnde vivant. Cum igitur præter ordinaria præsidia nullus hostium exercitus in Vngaria hyberno tempore subsistat, non opus erit vniuersas nostras copias, sed earum partem præcipiam pediatum scilicet omnem noua militum lustratione habita, ibidem retinere, reliquis q̄ dimittuntur tēpus certum, quo denuo in castris cōparere debeat assignetur: cum propter tempestates educi milites nequeunt, in hyberna debent collocari in vicina oppida, vnde facile coire & cōgregari possint.

Nec Germanis atque Vngaris difficilius erit in
Vngaria hybernare quam Romanis in Italia. V-
traq; enim prouincia aeris temperie, incolarum
habitu, qui altera dicitur natura, & corporis com-
plexioni respondet. Nam Germani poros & mea-
tus magis constipatos habent, vt frigus tam facile
ad partes corporis interiores penetrare, vel calor
naturalis exhalare nequeat. Vnde propter san-
guinis abundantiam corpulenti euadūt, nec vul-
neribus terrentur. Nec in Germanis quicquam
desidero praeter bellica exercitia, qua vslu & ex-
perientia addiscuntur. Prima Vladislai expeditio
in hyemem vsque durauit, fremebant milites &
indignabantur, quod non essent assueti contra
vim frigoris & glaciei, & hostem simul sese de-
fendere. Rextamen difficultates nihil moratus,
kopias non reduxisset, nisi penuria commicatus
exercitus laborasset. In secunda expeditione non
hyemis sauitia, sed annonae inopia, pugnae causa
exstitit. Matthias in hyeme Zenderouiam obse-
sam reliquit, in castra cum maiori exercitu reditu-
rus, si Danubius glacie congelatus oppugnandi
occasione præbuisset. Idem in Moravia equitū
conductitorum ordinem instituit, qui in hyeme
excubabant in castris, vnde in estate strenuissime
sese contra hostem geregabant. Exercitum dubio
procul fortiores produxit milites, quam iplana-
tura, qui & calorem excessuum, & frigus asperri-
mum, & omnem militarem austерitatem perfer-
te possunt.

*QVOMODO NOS GERERE DE-
beamus in cladibus.*

Bonif. libr.
43.

VOD ad cladem attinet duo consideranda
Queniunt, quomodo scilicet nostros in ordi-
nem reducere, vel post cladem acceptam nos ge-
rere debeamus. Prius ad caput de aciebus ordiná-
dis relictam. De posteriori hic dicendum. Profili-
gato & caelo exercitu duo obtinere solent: Vel
enim omnes milites in fugam se coniiciunt, idq;
tam præcipitanter, yrduces malum præuidere, &
remedium afferre nequeant, vel saltem pars eo-
rum fugit eorumque fugam pars altera excipit,
vnde duces commoditatem nocti, rebus suis pro-
spicere & consulere possunt, de hoc itidem fusius
in capite de ordinandis aciebus dicendum. Quod
si eodem momento vniuersus exercitus fugam
arripit: neque consilium, neq; artes, neque vires
vsquam reperiuntur, quæ fugientes retrahere,
vel remorari possint, vt dicit Secretarius. Sic Cn. *De arte*
Fuluius in senatu se excusat, quod non sua culpa *mil.lib. 4.*
exercitus ex acie fugiens, fuerit profligatus, se e- *tit. Lib. 6.*
nim recte officio suo functum, probe omnia pre-
uidisse, & ordinasse, nec suorum animos, nec ho-
stium in potestate habuisse, sed vi aperta, armis &
*acie victum, cumque fugerent oés se quoq; tur-*16.*
ba ablatum fuisse, vt Varro Cannensi pugna, vt
multi alii Imperatores, se solum restantem in acie
nihil prodeesse Reip. potuisse. Nec fortitudo sed
temeritas dicenda, si negligantur & spernantur
ea, quæ iure timeri debent. Vituperio, quam lau-
de dignior est Vladislaus, qui ad Varnā occubuit.
Nihil emolumenti sed maxima ruina in Hunga-
riam ex morte Ludouici redundavit. Quod si sua
culpa victoriā amissam, & cladē exercitui illatam
dux belli cognoscit, non animum tamen despota-*

Quod

dere, sed caute extra periculum se subducere, & ut suos in tutum collocet omnes inire rationes, & denique meliori Reip. fortunæ præseruare debet, Varronis exemplo, qui fuga ex Cannensi clade. lapsus à senatu fuit laudatus, eique gratia fuerunt actæ, quod de Reip. statu non desperasset, vt collega eius. sed ut habeant duces vnde in tantis in fortunis se consolentur, legant errores non ab uno duce, sed ab ipso senatu Romano, capta à lib. 5. Gallis urbe, admissos de quib⁹ Liuus in hæc verba prorumpit: Tanta, inquit, fortunæ in obca-

candis animis hominum est potentia, cum sibi lib. 2. c. 29. non patitur resisti: vnde Secretarius subiicit; Neminem frustra desperare debere, cum nesciamus qua via nos operiaratur fortuna, quæ plerumque per vias inflexas & incognitas incedit, semper meliora speranda in bello. in primis, vbi visat que potestas eius maxime adpareret, siquidem multi exercitus una sola voce, vel falsa quādām specie in fugam fuerunt coniecti: multi cum victi essent denuo victores extiterunt.

Turpissimum igitur duci post res male gestas, quod supereft, per desperationem negligenter circum nullites in latam fugam versi sunt, opera danda, vt eos in tutum extra periculum collocet, eos certiores reddat, quo fugam capessere, & quib⁹ viis incedere debeant, vt hostis, si copias suas diuide re cogatur ab insequendo cesseret, quod si ante fugam significare non licuit in ipsa fuga id faciendum, missis nuntiis ad transitus præcipuos vbi necessario transeundum est copiis fugientibus. Tuttissime in castra fuga instituitur, quæ in eum euētum ante

*Tit. Liu.
lib. 2.
Veget. I.
s. 5.*

ante pugnam muniri, & præsidio firmari solent. Reditus enim in castra fugæ speciem non habet, nec victos nos esse arguit, possunt etiam omnes illi modi, & stratagemata adhiberi, quæ Vegetius docet, vt victoriam à nostris partibus stetisse hostibus persuadeamus. In primis vero in iis pugnis, vbi par est occisorum numerus & conditio, farpi vieti fuerunt habitati, qui primi castra deseruerūt, in quibus si diutius immorati fuissent, hostes in eam, qua ipsi premebantur, necessitatem coniecerint. Pompeius & Scipio non iniuria reprehenduntur, quod cum eorum milites in castra recurrerent ipsi procul aufugerunt, cum denuo Martis aleam tētare quiuisserent. Ad Varnam Amurathes adeo cruento prælio fuit atronitus, vt tanquam vietus retrocedere cogitarat, nisi ei nuntiatū fuisset castra Christianorum deserta, & derelicta esse. Anceps victoria ad Agriam fuisset, si Princeps in castra reuersus ibi substitisset, sed cum ibidem paucos quosdam milites, eosque in hermes offendisset, reliqui magis remotiora loca peterent, ipse quoque Cassouiam abiit, vt copias ibi colligeret, quo etiam Dieffenbachii & Transylvani exercitus per viam quæ Toksium dicit conuenire debebat, ne tota Regio hostium excursionibus expedita esset.

Sane qua occasione tāta inter nostros fuga extitata fuerit, nondum in hunc vñque diem certo intelligere vel percipere potui, nec causā tāti terroristis & metus reddi potest sufficiens: nisi in simili casu quondam ab Hungaris ignominiosa sumpta resolutio, qui cum ex variis & diversis partibus contra se à Turcis impressiones & excursiones

*Liu. 1. 4. 7.
10.*

Appia. 1. 2.

fieri viderent, eo solo ita statim consternati fure, & vilescere eorum cœpit aninius (quod di-
gnum obseruatione Bonfinius notat) vt statue-
rint se cum Turca bellum amplius nisi defensio-
gerere nolle, oblixi omnino, per hanc minimam
cladem, tantarum & tam illustrium victoriarum,
quas olim contra Turcas Rex ipsorum Matthias
Corvinus obtinuerat. Quapropter si rationes e-
videntiores excutere volumus, eos reperiemus
omnes in contrario. Nam Turca nunquam com-
modius vinci potuit, quam hoc ipso bello, an illa
insigni prouinciae parte, & militibus innumeris
hoc quadriennio occisis. Quod attinet ad Agtæ
occupationem, quæ multis defectibus quo ad si-
tum, & munitiones laborauit: Tum ad pugnam
in qua nostri propter confusiones, non vi atque
robore hostili, fugati fuerunt, intelligimus exi-
guum inde honorem ad Turcam rediisse, quod i-
psem cum omnibus suis viribus & potentia no-
stros oppugnauit, & milites multo plures ex ipsis,
quam ex nostro exercitu fuerunt desiderati. Pro-
pter hos successus tam prosperos Hungaria ani-
mum despondere, & pacis rationes iniire non de-
bet, quam Matthias toties ei denegauit, dicens
Hungaria regem iure pacem cum Ethnici sanci-
re non posse: cognovit tandem Hungaria grauem
errorem sub initio regni Vladislai commissum,
pace cum Turcis inita, & iure iurando confirmata,
siquidem ab eo tempore & honor & authoritas,
& imperium inclinare cœpit, cum ea perpe-
trasset, quæ ipsorum regum sententia atque de-
creto prohibita erant. Nec iugum excutere po-
terit, quin omnem pacis tractationem, & com-
mer-

Benzl. 31.

1444.

mercum cum Turcis intermitrat. Quod si Mat-
thias præter Turcam nullum alium habuisset ini-
miicum propriis armis & potentia eum ex Thra-
cia expulisset: sat enim habebat virium, & magna-
nimitate Christiana præditus erat, ne clatebat i-
psum hostium potentia, quam bello continuo
solum vinci & infringi posse sciebat, quo inter-
misso, tempus & occasio conceditur vires repa-
randi, vt Herculi contigit quoties Anteum tan-
gere terram permisit, quæ fabula poetica com-
modissime ad nostrum propositum allegari &
reuocari potest.

*QVOMODO BELLO CAPTA
retineri & defendi de-
beant.*

Dix i de pugnis & præliis, tum quomodo a-
missa recuperanda sint, superest, vt videa-
mus, quomodo eadem retinenda. Qui de bello
gerendo consultant hoc in primis spectant, qua
ratione prouincias acquirere, & acquisitas retine-
re queant, ne detrimentum accipiant, sed ditio-
res & potentiores euadant. Hoc consilium Ro-
manis fecuti sunt in Coloniis emitendis, & præ-
da colligenda. Cum enim bellum in locis dissitis
& remotis gerendum erat, ærarium unde militi-
bus stipendia soluebantur, subito fuisset exhaus-
tum nisi prædæ pars maxima militibus erepta,
& in fiscum relata fuisset: propter stipendia
vero, quæ tunc militibus fuerunt decreta,
contenti illi fuerunt recognitione quadam
pro libitu Imperatorum distributa, qui be-
nemeritis etiam præmia dabant ex reliqua

præda, quæ mercatoribus qui castra sequebatur, vendebatur, quod supererat in ærariū publicum referebatur, ea ambitione, ut certarint inuicē quis vi pecunia insigniori & maiori ærarium locupletius reddidisset. Coloniariū vñsu prouincias suas ditiōres & securiores reddebat. Viētis enim hostibus partem territorii pœnæ loco auferabant, idque distribuebant inter eas familias, qua Roma eō migrarant, tanto numero ut hostium excursionibus resistere possent. Extra Italiam integræ legiones ductæ fuerunt, hac ratione vrbis superflua ciuium parte fuit liberata, & Romanis hostium redditus cesserunt, tum etiam limites sine sumptu ab hostium incursionibus & depraerationibus defendebātur donec iustus belli adparatus fieret.

Vtrumque Turcæ imitati sunt, vt superius dixi, cur idem apud nos fieri nequitet? Præda iuxta ad Principem pertinet, milites suo contenti esse debent stipendio, quod si ex præda insuper decimæ eis concedantur nullo modo conqueri possunt. Coloniae non modo propter fructum qui inde redit, sed propter ipsam necessitatem in vñsum reuocari deberet, si diuina fauente clemētia regnum Hungariae Tūrcis denuo eriperetur, & libertati suæ restitueretur. Expulsis enim hostibus ditio incolis vacua foret, vnde intermissa agricultura, salua subsistere nequiret, nec exteri milites ibi sustentari possent: Plus igitur damni quam cōmodi ad recuperatorem, qui maximis sumptibus eam acquisiuit, redundaret. Coloniae igitur in loca quædam regni præcipua deducenda essent. Quod si Vngarisiatis agri ad excolendum

dum habentes, non cuperent, aut non possent, relinquere patriam, alio se recipiendi causa, ne dum nimis amplis & arduis occupati essent expeditionibus tota regio inculta & desolata remaneret. Germania populosissima colonos suppeditare deberet, qui loca quædam maioris momenti occuparent, extendens se ita coloniarum missione in partes exteriores: id quod maximo suo cum honore faceret: siquidem earum gentium vices obiret, quæ magna sua cum laude colonias quondam in Germaniam duxerunt. Qua in re nulla alia prouincia Germaniae præferri potest ob incolarum multitudinem, & artificum copiam. Cum vero ii qui agros colūt, vt suis atq; aliis viētum suppeditent, militia vacare nequeant: Artifices ad eam assuefaciendi, tum etiam præsidarii nonnulli conducēdi sunt, qui confinia tueantur. Et quo promptius habitatores confluant, vrbes vel prouincia quæ eos mittunt, pecunia, frumenti, pecudum, & aliarum rerum necessariarum, eis subsidium & auxilium præstabunt, debiti partem singuli quotannis restituent, donec totum inutuum perfolvatur, vel alia ineatur ratio, vt quadragesima vel quinquagesima familia è rusticis & artificibus, ex vnaquaque ciuitate vel prouincia describatur, reliqui qui domi permanent mutuo vel dono quodam eos iuvant. Noui porro coloni decimas redditum ad præsidiorum, & militum sustentationem perfoluent.

Quod si hac ratione bellum offensiuum per annos quatuor cum 100000. milittum geratur, & nullæ pugnandi occasiones omittantur, omnisiq;

mora, & armorum intermissio caueatur, & praecidatur, dubio procul hostibus superiores existemus, nec singulis annis nouæ præparations ad oppugnationes fieri debebunt, & acquisita optime retinere ac tueri, confinia denique coloniarum præsidio multa cum laude & utilitate defendi poterunt.

PARS TERTIA.

QUARIATIONE COMMODISSIME BELLUM CONTRA TURCAS IN VNGARIA CUM 50. MILLIBUS MILIUM GERIS ET ARV POTETIA INFRINGI, ATQ; EUERTI POSIT, LIBRIS SUPERIORIBUS ANOBIS DEMONSTRATUM FUIT: SUPEREFT UT VIDEMUS, QUO ORDINE & RATIONE PUGNA CUM HOSTE SINT MÆNDA, DE QIBUS DILIGENTISSIMA, & EXACTISSIMA, ANTEQUAM COMMITTANTUR; DELIBERATIO & CONSULTATIO INSTITUENDA, & HABENDA EST. RELICTIS IGITUR PRÆCEPTIS GENERALIBUS, DE UTILITATE, NECESSITATE, ATQUE VARIATE PRÆLIORUM, MATERIAM TOTALM IN QUATUOR CAPITA PRÆCIPUA DISTRIBUAM: IN QIBUS DE QUANTITATE & QUALITATE ARMATORUM: DE QUANTITATE & QUALITATE ACIERIUM & TURMARUM: DE COPIARUM DISTRIBUTIONE RATIONE FUTUS: ET TANDEM QUOMODO IN ACIE CONTRA HOSTEM PROCEDENDUM SIT, DICAM.

DE QUANTITATE ET QVA-
LITATE ARMATORUM.

ONSTAT MILITUM NUMERUS, QUÆ AD HOC BELLUM REQUIRIMUS 50. SC. HOMINUM MILLIA, VIDENDÙ QIBUS ARMIS INSTRUCTI ESSE DEBEANT. ETI VERO (VT ARISTOTELES DICIT) QUONDAM ACIERUM ROBAR, & VIS IN EQUITATU POSITA FUERIT, QUOD PEDITUM VSUS NONDUM ESSE COGNITUS, QUI NI SI SEUERA DISCIPLINA IN OFFICIO CON-

4. polit. 13



TINEANTUR, PARUM COMODI AD BELLUM ADFERUNT: NIHIL OMNIS Tamen IN GRÆCIA SUB PHILIPPO & ALEXANDRO, PHALANX MACEDONICA, & IN ITALIA LEGIONES, MILITIAM PEDESTREM TAM CELEBREM REDDIDERUNT, VT PLUS PONDERIS SEPPIUS, QIAM EQUESTRIS HABUERIT. LEGIO ROMANA 6000, PEDITUM, SOLIS 300.

T. LIV.
lib. 51.

EQUITIB. CONSTABAT, EUNDE MORÉ CARTHAGINENSIS OBSERVARUNT, Vnde GRAUIORA DAMNA ROMANIS, Q; QUÆUIS ALIA NATIO POPULOSISSIMA, INTULERÚT. ANTE NOSTRAM ÆTATE DISCIPLINA MILITARIS, PPTER CREBRAS BARBARORUM EXCURSIONES IN ITALIÁ, GRAUITER FUIT LABEFACTATA, & MAIORI EX PARTE EQUITATU COSTARRET, CUIUS VSUS COTRA HOSTE MINUS COMODUS EXISTEBAT. NEC ERROR FUIT AGNITUS, DONEC HELUETIORU QUÆDAM TURMÆ, NOSTROS, MAGNO SUO CUM DAMNO, PRUDENTIORES REDDIDERUNT, EXPERTI NAMQ; PEDITUM ACIEM RESTE ORDINATÆ, AB EQUITATU DIFFICILLIME SUPERARI POSSE, QVIN CONTRARIU SEPPIUS ETCENIRE, VT AD CATMIHOLÄ CONTIGIT, CÙ VICTI IAM EQUITES AB HELUETIORUM TURMA IN TERRA DESCENDERE ORDINIB. RESTE DISPOSITIS, INIRE PEDESTRE PTÉLIUM COACTI, SUPERIORES TANDEM HOSTE EXSTITERÚT. PEDITATUS IGITUR NON POTESUPERARI, NISI AB ALIO PEDITATU MELIUS INSTRUCTO & ORDINATO. ROMANI EQUITES EXTREMO VRGENTE PERICULO, SEPPIUS AB EQUIIS DESCENDERÚT, & VICTORIAS ILLUSTRES PEDESTRI CERTAMINE COTRA EQUITES & PEDITES COSECUTI SUNT, CUMQ; IN PRELIO QUONDAM EQUITES SOLI AUDACISSIME & PTINACISSIME INVICÉ PUGNARÉT ROMANI, EQUIS RELICTIS HOSTE PEDESTREM PUGNAM CAPESSERE COEGERÚT, POTIORES PEDITUM QUAM EQUITUM PARTES ESSE INNUENTES. ID CÆSAR ALIO QUODAM EXEMPLIO CONFIRMAT. HUIUS REI HÆC VIDETUR CAUSSA REDDI POSSE, QD Q; PEDES

Secret. lib.
2. c. 18.Guicciard.
lib. 5.Bel. civ.
l. 6.

pugnat, firmius subsistere, vel hosti instare, vel cedere pro libitu possit: secus vero qui eques certat, calcaribus & freno efficere, nec suo modo, e-
 quum, qui modo parum, modo nimium velociter, vel tarde incedit, regere queat. Huc accedit, quod equi nonnunquam sint refractarii, vel cal-
 cetrosi: Tum ut strenuus interdum eques equum habeat strigosum & male habitum, contra timidi-
 ores milites nanciscatur equos generosos, quo-
 rum vtrorumque opera vana existit. Deniq; facilius pedes equum vel equitem ferire potest,
 quam ut ab equite vulneretur, quod hic pro libi-
 tuctum tendere, & stringere nequeat. Quoties
 10. 12.
 Secret. de
 arte mi-
 lit. l.
 T. Liu. li.
 equitatus vlrro leuissimas ob causas in fugam se
 coniecit: In pugna contra Pyrrhum & Hanniba-
 lem, equos elephantorum odor fugauit. Idem
 Crœsus Camelorum opera & Hetruscum car-
 ris strepitum excitantibus effecerunt: Selimus
 tormentorū maniariorum sonitu Persas & Sol-
 danum in fugam coniecit. Sed notandum quem-
 libet peditatum cuiuslibet equitatui non recte op-
 ponit, sed aptissimum eum existere, qui graui ar-
 matura munitus sit, vt in loco aperto primum,
 quatum impetum sustinere possit, vbi equites so-
 lum peditatum superant, leuiter armati, vt sunt
 tormentarii, cum armis destituantur, quibus in-
 gruentes equites repellant, et si quosdam interficiant,
 tamen semper in pugna stataria inferio-
 res existent, nisi lancearii ipsis adiungantur. Etsi
 igitur communis omnium iudicio, tum experien-
 tia & rationibus validis edocti, peditatus primas
 in bello partes obtineat, tamē in hac mea dispo-
 sitione 25. peditum millia solummodo retineo
 tum

tum quod illi tardius in expeditionib. incedant,
 nec prouinciae ab hostium incursionibus, qui e-
 quites plerique pugnant, defendi possint; tum
 etiam quod Germani equites, qui ferreis thora-
 cibus induuntur, atq; ordines in acie stricte ob-
 seruant, & ab hostibus vehementer formidan-
 tur, non minori loco quam pedites habendi sint,
 in primis vero Turcarum equitibus oppositi, qui
 leui armatura vtuntur. Quod si igitur acie in lo-
 co aperto, cum hoste (qui angustias propter mul-
 titudinem equitum fugiet) decertandum foret,
 hunc in modum 50. illa militum millia armis in-
 struenda esse concludo, primum 10000. Lancea-
 torum peditum, tum 7500. Moscetarios, toti-
 demque tormentarios requiro. Quibus addo 7.
 millia equitum Germaniorum, 12000. Lancea-
 torum, & 6. millia tormentariorum equitum.

DE QUANTITATE ET QUALI- TATE AGMINUM ET TURMA- RUM.

HOC caput quasdam continet difficultates, quæ necessario explicanda sunt. Primum igitur, num magis conductat omnes copias in acie coniunctim explicare, vel plura agmina separatim educere. Deinde num ea aciei constitutio magis probanda sit, in qua uno agmine, & eadē ferie milites in ordine collocantur, vel vbi plures turmæ separatae, & distantes inuicem ponuntur. Tertio num uno eodemque genere armorum in unaquaque phalange vtendum, an vero arma inuicem permiscenda sint. Tandem quam magna acies esse debeat, dicendum.

PLVRES ACIES EX DIVERSIS
agminibus constituantur.

NONNULLI putant hostem vno agmine, in quo omnes militiae vires sint coiunctae, excepientum esse, tum ut maiori fortitudine ei resiftatur, tum ne copiis diuisis debiliores singula exercitus partes reddantur, vnde facilius vinci possint, tum ut cōmodius laborantib. vel fugatis cum integris copiis auxilio veniatur: Quod post cladem milites ea animi fortitudine & virtute, q̄ ante amissos socios, nunquam in acie p̄fistent: Tum quod s̄p̄ius milites tanto furore aduersarios adgrediātur, vt eorū quoq; ordines rumpat, qui succurrere & auxilio venire priorib. iam vicitis, designati erant. Non igitur plures acies ordinandas, sed in vnum agmen omnem vim militarem conferendā existimant, quo cum omnib. viribus belli alea & fortuna tentetur, nec cū parte quadā, exercitus totus in discrimē adducatur. Hac ratione phalangem Macedonicā constitam dicunt, qua Philippus & Alexander tovictoriā illustrissimas acquisuerunt. Sed phalan-

lib. 9. gi Liuju Legionē Romanam longe p̄ponit. Vtraq; firmiter ordines seruabat, phalanx tamen (in qua lanceati pugnabāt) immobilis erat, & vno eodemq; armorū & hominū genere constabat. Legio Romana magis erat distincta, & ex plurib. partibus erat cōposita, facilius diuidebatur, & cōmodius primū in locū redibat, & in vnu corpus coibat. Alibi dicit Romanos conformiem Macedonicā phalangi quondā aciē habuisse, etiam postea immutatā & emendatā fuisse. Pro-

lib. 8. batur

batur igitur acie in plura agmina, & distincta armorū genera distributio, à Romanis quondā obseruata: licet ea nostrę militię disciplina sit, vt cohors fugiens ab altera, quæ laboratib. auxilio vēnire cogitat, cōmode excipi, & à fuga retrahiri nequeat, siquidē mercenarii plerumq; & nouitiis. atq; tyronibus exercitus coherent, qui ordines dextre obseruare ignorant: sed quo confusiones & turbæ euitentur à latere auxiliū est ferēdum, vnde fieri nequit, vt eadē frōte acies instituatur, sed in multa agmina, distribuenda est, tanto interallo inuicē disposita, vt subīdi; iii facilē aditum & ingressum habeant. Huc tamē accedent reliqua conditiones magis necessariae, q̄ in coniungendis, disiungendis, ac transportandis hinc inde citra confusionē militib. ipso prālio durat, necessario obseruanda sunt, qua re plus q̄ quavis alia, Cēsar adiutus multis clarissimis victoriis potitus est: S̄p̄ius enim contigit, vt copiae in uno agmine sint superflua, quæ in alio defiderantur. Nec ea ratione moucor, quod virtus vnitæ & coiuncta solidior & pr̄stantior existere soleat, quod axioma Physicorum. in rebus naturalibus, propter communicationem partium cum: toto verum esse agnosco, sed in actionibus voluntariis minus necessarium illud compereo. Quid in acie, vbi centum classes sunt, ii milites, qui in ultima serie consistunt, magis ad primas iuandas cōferre possunt, quam q̄ in medio, vel in vigesima serie pugnant? Non nego tamē milites audacius in hostes ituros, si nō modo pugne socios, ppe se cōspiciāt, sed alios quoq; à tergo in sui p̄sidium, qui vulneratos vel defatigatos, aut alia

necessitate pressos, è periculo liberent, & eorum vices obeant, præsto esse sciant: facilius quoque persistent si alios eandem conditionem & fortunam subire videant: quod firmissimum est fundamentum, quo pleræque acies, & earuta ordinis nituntur. Non igitur ad confirmandos militum animos, plures superflui militum ordines in phalange sunt constituendi, sed ii sufficiunt, qui ad auxilia sibi inuicem ferenda valeant: ob easq; difficultates cohortes longiores non sunt producendæ: vbi iis, qui in prima serie pugnant difficilius succurruntur, quam si in turmas acies distinctæ esset.

Sepius Romani & ad N. viaram Helvetii tam inuicto animo in acie steterūt, vt se in frusta potius fecari passi fuerint, quam latum vnguem de loco receperint. Id apud nos quoque contingere posset. Sed eiusmodi tamen aciem sic congregabat non multum roboris atque virtutis habere existimarem, siquidem ea quæ necessariore requiritur, cōditione destituatur, quod scilicet milites re ita postulatē separari & manipuli pro necessitate hinc inde distribui nequeant. Addo quod in acie hac ratione ordinata prima eius frōs plerumq; locum stationemque amittit recedendo & constringendo (maxime vero hastati, quæ admodum contigit Antiochō) adeo se inuoluūt, & confundunt, vt neque dextre comimode que dimicare, neque vltimi accēsum ad iuuādos primos habere possint. Hinc aut casī, aut à turbā retroacti totum agmen perturbant, suoq; loco dismouent, etiam qui hactenus firmiter substituerant.

Legia-

Legiones Romanæ in tres acies non admodū *L. lib. 8.*
magñas distribuebātur: quarum vna viæta, inter uallum quoddam commoditasque secunda re linquebatur, qua debellatos in ordinem suum excipiebat, vel magno impetu in fractæ aciei locum succedebat, & penetrabat. Hanc tertia denique & vltima sequebatur, vnde hostes non aliter victoriā reportare, & aduersarios vincere poterant, quam si tercia vice feliciter dimicando superassent, immo neque phalanx neque vlla alia militia sufficiens ad resistendum erat. Varii casus & accidentia in pugnis existunt, quibus non modo viribus superiores, sed qui iam manibus victoriā teneant, superantur, vnde temeritatis signū, uno impetu rem totam periclitari, vniq; conflictui totum negocium committere, qui si ex sententia non succedat, nullum nisi in fuga subsidium & spes salutis reposita est. In committendis igitur & in eundis præliis parata semper auxilia, atque subsidia requiruntur, cum in nostra militia mercenaria, vbi milites non ex professione, sed necessitate coacti, pugnant, ea disciplina, qua Romani quondam, & hodie Turcae præstant, recessus scilicet & accessus turmarum citra periculum & confusionem reuocari in usum nequeat, in cuius locum plura agmina ordinanda sunt, exiguo interuallo inuicem distincta, vnde subsidiū laborantes vel à fronte, vel à latere prompte excipere, & qui iisdem pugnant armis suis succurrere, & suppetias ferre queant.

L O N G I T U D O E T L A T I

tudo aciei.

Q Vod ad longitudinem primę frontis aciei,

& latitudinem laterum attinet, quidam existimat aciem quadratam plurimum excellere, in qua scilicet totidem milites in lateribus collocetur, quo in prima fronte consistunt: Alii quadraturā hanc ratione soli metiuntur, & considerant, ut pedī scilicet spaciū trium pedum attribuant, & series septem pēditū interūlo inūicem distent, unde spaciū terræ, duplex maius à latere, quam à fronte cui libet militi assignant. Hæc aciei forma ob quadraturam æquilaterum elegatior, & quod maiorem pugnantium numerum & copiam referat, commodiōr priori videtur; iuxta illā 1000, milites in 31. seriem distribuuntur, quarum quilibet 30. & unum militem contineat; iuxta hanc 49. milites à fronte & 20. à latere ponuntur: hæc acierum ratio louge est, dūbio procul, præstantior, non tamen adeo frequens, ut certa regula de ea tradi possit, consideratis circumstantiis, numero scilicet militum & hostium, temporis & loci, quæ omnia variantur. Secus fecit Tartalius, qui posthabitis, & neglectis variis militiæ accidentibus, quæ subito euenire possunt, contemplationibus Mathematicis saltem insistit, cum potius sit aciei magnitudinem, secundum numerum militum, & diuersitatem armorum, tum oppositam hostium multitudinem considerare & instituere. Quoties igitur dux, cuius milites, exigui quidem numero, armis bene sunt instructi, cum numero sa hostium sed inermi manu congregandi debet, milites in classes latiores & breviores disponat, si quidem inermes aciem armatorum, licet nonnihil remotores inūicem sint, penetrare nequeant. Et cum in acie 1000. virum: 49. à fronte, 20. à latere

tere ponantur, eadem ratione 3000. disponenda erunt, quæ in clasēs 37. diuisa, 18. militem quælibet continebit. Quod si 20. classes lanceatorum hostibus resistere valent, reliquæ superflua erūt, & in alia loca commode transferri poterunt. Romani apprime gnari, quid armorum præstantia, quid exacta disciplina militaris ad victoriam conferat, multis constrictis agminibus (pro ratione eius temporis) pugnabant, eorumque beneficio numerosissimos exercitus fuderunt, nec ordinē mutarunt, et si hostis eadem qua illi aciei dispositione contraillos procederet. Luius Romanorum & Latinorum rebellium aciem describens tria agmina 15. ordinum utroque habuisse dicit. Frontinus Legiones Pompeii in campis Pharsalib. 3. e. s. cis in 3. quoque acies, quarum singulæ denos ordines haberent in latitudinem distribuit, in qua pugna non vi, sed arte Pompeius à Cæsare vinctus fuit, lateribus aciei equitatu denudatis. Antioch⁹ in Asia cum Romanis manus conserturus, Hannibalem, cui artes Romanae optime cognitæ & perspectæ erant, consultorem habuit, cuius suauissimæ hastatorum millia in unam phalangē collocata, & in 32. ordines distributa fuerunt, hæc quidem coarctatio non improba da fuit, licet illa phalax fugatis leuioris armaturæ militibus & curribus falcatis ingruentib. rupta fuerit (cui malo obuiari quiuisset si ea militum copia nō in uno agmine pugnasset, sed in plura distributa fuisset) improbatum tamen nimia phalangis longitudo, quod mediæ extrema cornua prospicere & contemplari nequiverint. Cæsar hoc errore lapsus, in maximum discrimen se incidisse ostendit, siquidem vnuſ toti exercitu, denegata prospiciens

di in omnes angulos facultate, imperare nequuerit. Accidit tamen hic error Cæsari nō propriam aciei longitudinem, sed quod pugna locus in æqualis, collibus vallibusque interrupus esset. Acies igitur non est longius extendenda, quam à duce qui medium occupat locum, omnes eius anguli & latera oculis contemplari, & perlustrari possint, nisi situs loci ad pugnam destinati impedimento siet. Nec curanda hostium ingruentia multitudo, qua nostros à latere circumdate possit, siquidem huic malo parata sunt remedia, de quibus infra latius dicendum erit.

Ad magnitudinem seu vastitatem acierū quod attinet, non Romanorum quidem ordo imitandus, sed consuetudo longissimo tempore obseruata à ducibus præstantissimis, qui copias per interualla disponere soliti sunt, retinenda videtur. Igitur contra Turcatum aciem inermem & vastuosam multo longiora, quam latiora agmina constituenda censemus. à fronte plures, à latere pauciores pugnent. Nec quadratura vel soli, vel armatorum consideretur. In Belgio vbi exercitus raro 15. vel 20. millia hominum excedunt, agmina 500, lanceatis, vel equitibus constant, totidemq; in Hungaria contra Turcarū aciem 6. vel 8000 personis refertam sufficient, maxime cum non Romano more, vna acie, sed distinctis per interualla agminibus pugnam ineamus, quæ omnian re ita postulante in pugnam educi poslunt. Verum quæ nostra sit intentio, ex iis quæ de varietate armorum dicturi sumus, magis apparet.

ARMORVM IN ACIE DISTRIBV- TIO QUO AD SITUM.

QUÆ VERTVR quæ arma in medianam acié, quæ in cornua, & alas sint reiicienda, qua in re p loci & situs ratione & commoditate diuersa strategemata adhibentur, & pars principalis exercitus varie distribuitur. Peditatus militiae neruus præcipuus sèpius in cornua: equitatus vero in medianam aciem ponitur, eaque distributio, tum in fronte, tum in lateribus variari & immutari solet: Vna tamen penes omnes certa constat regula; grauior armaturæ militem, in quo vis & robur præcipuum ad oppugnandum hostem cōsistit, in medianam aciem disponendum, quod ibidem hostibus plus quam alibi nocere possit, quod munitus sit à latere, vbi pedites plus quam alibi ab equitatu sibi timent.

Denique quod firmius subsistere, & minus facile moueri & disturbari, fortiusque propter coniunctionem, resistere valeat, si forte leuioris armaturæ milites à latere eius abscedant. Hi enim vt se se offert occasio, vel in hostem prorumpunt vltro, vel eius impetum sustinent, & propter agilitatem corporis, volatiles dicuntur. Pro armaturæ igitur vel grauitate vel lenitate & mobilitate aciei situs considerandus, & partes grauiores semper proprius ad medianam aciem collocandæ: tum ita sunt copiæ & turmæ distribuendæ, vt qualibet suas vices in pugnando obeat. Pedites in medianam aciem, equites in cornua & latera ponantur, pro situs tamen ratione, & propter machinas sèpius pedestres quædam copiæ in lateribus distribue-

dæ sunt: peditatus extremæ partes muniri debet lanceariis, & qui missiliæ ciaculantur, sagittariis nimirum, Bombardariis, atque Mosquettariis: cotta Turcas Lanceariorum commodissime in pugnam producuntur, quod eorum latera bene munita à fronte nihil eis periculi imminere videatur. Idem ordinatio in equitatu seruadus, equites Germani, & qui thoracibus ferreis induuntur cum grauioribus armis vrantur, & facilius subsistere possint, proxime peditibus adiungentur, ultra hos Lancearii subsistent, prioribus leuiores & mobiliores: Atque tamen ad hostes aggrediendos, & eorum impetum suscipiendum. Extremum agmen pyrabolarii atque sagittarii defendant, qui neque ad propellendos aduersarios, neque ad excipiendo vim hostilem armis muniti, & instructi sunt, eorum opera in excurrendo, & hostem à latere atque enim impediendo, & profligando consistit, plus terroris quam roboris habent: Ideoque Tartaris utiles simile obiciuntur, & opponuntur. Hinc apparet Hungaroru, qui lanceis vtuntur, error haud vulgaris in pugna ad Agriam commissus, ubi contra omnium prudentum consilium atque iudicium medium in acie locum sibi poposcerunt, & sustinere voluerunt: quo non solum in rationes modo adductas, grauiter impegerunt, sed à pristino suo valore protinus desciuerunt. Carolus Quintus contra Solimannum bellum gesturus copias in Austria eadem forma in aciem disposuit, qua contra tam potentem hostem vti decreuerat, tormentis maiotibus, tanquam firmo quodam agere, militia circumdedit, & communiuuit, verum Hungari indignum rati, eiusmodi munimenti gerere

1530.

P. Iohannes

lib. 30.

nere se defendi, machinarum septo includi recusarunt, copiasq; suas in duas alas extenderunt, & explicarunt. Neque in hac nostra distributione iure conqueri posunt, quod maioribus periculis sint oppositi, quod ab utroque latere equites pyrabolarii eos defendant, licet charitas erga patriam eis præcipuum belli onus imponat, tum quod periculum hoc, cum iisdem, quibus hostes armis vertuntur, citra grauem Hungariae ignominiam detestare & subterfugere vix possint.

*Q U O M O D O A M P L I V S
contra hostem procedendum.*

Hic quid ordo probe obseruatus, conducat, & in bello valeat, ex ipso vsu apparent, ubi primum singulorum armorum excellentia: Deinde num præster in hostem impetum facere, vel eiusdem excipere: tum quibus armis pugnae initium fiat: Quomodo victoria sit prosequenda: Quo ordine in clade exercitus in tutum deducendus sit, & laborantibus auxilium ferendum: Quomodo latera munienda; tandem quem locum in acie ipsi duces capessere debeant, & quod ipsorum officium considerandum venit.

*D E A R M O R V M V S V
Excellencia.*

Hec cognitio adeo necessaria est, vt ea negligenta omnis armorum vsus inanis & vanus sit futurus. Inter omnia armorum genera præstissimæ sunt hastæ illæ prælongæ, quas Macedones sarissas appellasse creditur, Et merito in

illis aciei neruus in statatiis pugnis consistere & setur, siquidem milites qui iis pugnant, pedestribus & equitibus pariter resistere valent, cum in adorando ita conglobantur, ut prima militum series, quinque cuspidum ordinibus defendatur. Econtra si in eos impetus fiat, non modo quinque priores ordines succurrunt sed plures alii: plerique tamē sex proximę series, quae prioribus quinque iunguntur, eodem tempore resistere possunt. Vnde necessario in quoquis hastatorum agmine vndecim series & ordines requiruntur.

Cum hunc in modum coarctantur, & restri-
guntur milites, pro indicio habetur audacia &
feruoris in resistendo & oppugnando vehemen-
tioris: contra ordinum relaxatio & dilatatio,
terrorem, consternationem, & fugae meditationem
indicat, non solum in lanceariis, sed in omnibus
aliis copiis. In primis vero si in locis interruptis,
aut axis vel fossis impeditis praelium contingat.
Nocte, propter longitudinem, hastae difficilime
explicari, & tractari possunt, vnde facilius quoq;
disturbantur. Perseus optatam quandam pugna-
Liu. L. 34.
di occasionem elabi passus est, quod in situ in-
equali exercitus subsisteret, vbi phalangem hastato-
rum extendere nequivat, quae, ut dicit Liuus,
propter minimas quasuis situs incommoditates
inutilis redditur. Et paulo post subiungit: Cladis
superioris caussam manifestiore nullam aliena
existisse, quam quod eodem momento pluribus
in locis pugnae initium factum esset, vnde phalax
perturbari & prosterni cōperit, cuius robut inui-
citur & intolerabile alias maneat, cum stricte
obseruantur ordines, & deinceps stringuntur lanceae.

Quod

Quod si partes eius singulas aggreditur, vel à la-
tere aut à tergo periculum quoddam nascatur,
facile turbatur & profligatur. Romani non aper-
ta fronte phalangem adoriebantur, sed iteratis
viciis impetus in eam faciebant: vbi minus vi-
debatur valida, tum latera sepius & vehemen-
tiori oppetebant, quod illib⁹ facilius labefac-
tari & ordines diuelli possent. Sin phalangem à
frōte adorti fuissent, & militem militi opposui-
fissent, ipsi hastatum spiculis se se intrusissent, &
inuoluissent, nec impetu aciei tam bene instru-
& sustinuissent. Liuus dicit Romanos, quo
minus in urbem quandam per disiectam muri
partem penetrarint, à lanceatis qui ad foramen
muri fortiter & immoti constiterant, impedi-
tos fuisse, cum hos tueretur ab utroq; latere pars
muri superest & in angustiis certamen fieret, v-
bi ordines ex impetu ingredientium turbari ne-
queunt. Hinc viam hastatorum conspicimus;
qui pari & graui motu tum ab utroq; latere pro-
be munitione incedere debent, caudum etiam ne
frons aciei lator sit, quam ut æqualiter milites
contra diuersos hostium impetus procedere valeant, sed ita constituatur, vt Dux, qui in medio
consistit in illa longitudine ad omnes casus suis
adesse, & in omnibus locis consilio & auxilio la-
borantes iuuare, eosq; sapienter & cum iudicio
regere possit. Præstat igitur numerosum exerci-
tum in plura agmina, interiectis interuallis di-
stinguere, vt hosti infiducio cum maioribus co-
piis difficilior, cum minoribus periculoso exi-
stat, siquidem ab utroq; latere Moscatiorum, &
tormentariorum cuneis se se immissent, & im-

lib. 22.

Y

plicant, à quibus eminus plura damna accipiunt, quam ab hastatis, qui horum terga ab incursum equitum defendunt. Equites autem à phalange semper abhorrent, nisi circumdare, & à tergo, ut ordines turbent, eam aggredi possint. Addo, quod nullū tam præstans armaturę genus reperiatur, quibus in phalangem penetrari & in uadi queat, dummodo firma illa & stabilis subsistat, nec crebriori motu occasionem præbeat, ut à latere turbetur. Hac in parte in exēplis superius allegatis, erratum fuit: Ad Rauēnam & Cat. minolam idem contigit.

Concludo igitur ex utilitate hastatorum necessario quandā exercitus, qui in Hungariā militatur, partem hoc armorum genere instruendā esse, et si omnes ferreos thoraces non habeant, inferi tamen inter armatorum ordines commode poterunt: Transylvianus eorum operae in primis indiget, cum peditatu Germano destituatur, in cuius locum Siculos sibi subditos hastis instruat ad 18. vel 10. millia, cū robusto corpore, & ingenio non inepto prædicti sint, qui si hastis pugnare assuefacti, & arte in hostem ducentur, facile vim Turcicam reprimere, & eludere poterunt. Mediæ longitudinis hastæ & arma, secures sc. Gæsa & Spari, tunc multiplicem usum in militia habent, cum sarissæ minus commodæ existunt: ubi tormentarii ad velitationes emituntur, nonnulli qui his armis instructi sunt, eis adduntur, ut illis pugnantib. hi excubias agant, & suppetias ferant: Quin & hastati quidam ex horum numero expresse & studio tormentariis adiunguntur, ut latera eorum tueantur: Tum signa atq;

atque vexilla plerumque hi comitantur & circumstipant, in eum videlicet finem, ut cum primæ sarissarum stationes perrupte sunt, cum armis breuioribus, & agilioribus commode ulterius penetrari possit: ad nocturnas impressiones,

*Guicci.lib.
ro.*

ut & in locis inæqualibus, interruptisque, in op-

pugnationibus difficultioribus, tum etiam ad præcauenda & auertenda damna atque peri-

cula, quæ ab iictibus machinarum metuuntur,

plurimum utilitatis conferunt, hastas longiores atque sarissas commoditate superant: Qui

his armis pugnant milites, coniuncti atque per-

mixti cum equitatu, postquam impetus factus

est, vel in loco pugnia cōmittitur, vbi equi minus

dextre regi queunt, non leue momentum ad vi-

ctoriam contulerunt: huius stratagematis primi

autores atq; inuentores exsisterunt Romani,

qui à tergo eorum dorsis semper ferebant, iu-

uenes dexteritate & agilitate præstantes, in hoc

militie genere apprime exercitatos: Cæsar hac ra-

tione acie instruēta cum 1000. suorū 7000. Pom-

*Lit. 10.
Val. Max.
L. 2. c. 1.*

peianorum equitum in lato campo fudit. Ariouisto 6. millia Germanorum equitum erant, to-

tidemque numero pedites velocissimi ac for-

tissimi: quos ex omni copia singuli singulos suę

salutis caussa delegerant, cum his in præliis ver-

tabantur: ad hos equites sese recipiebant: hi si

quid erat durius, concurrebant: si quo longius

erat prodeundum, aut celerius recipiendum,

tanta erat horum exercitatione celeritas, ut

iubis eorum subleuati, cursum adæquarent;

*Bel. Gal. I.
1. Lin. lib.*

horum opera, plurima facinora Ariouistus edi-

dit. Sueui in aspero quodā prælio, relictis equis, 32.

pedites pugnam inierunt, Romanis superiores
 exticerunt. Simile quipiam in Macedonia iisdē
 contigit, vbi equitibus permixti pugnarunt pe-
 dites, qui hostium equis vngulas præsciderunt.
rg.43.
Bonf. lib. 26.
Bel. Gal. I. lib. 7.
 In Hungaria Vladislau prospéro successu cōtra
 Turcas hoc certaminis genere usus est, verum id
 casu potius, quam certo consilio factum, siqui-
 dem equitatus hostilis in loco incommodo sub-
 stiterat. Legimus quoque equitibus pedites sa-
 gittarios permixtos in aciem eductos fuisse: Li-
 cet igitur nostris quoq; stratagemata eiusmodi
 ad iuuandum & confirmandum equitatum in-
 uenire & excogitare, tum præter hastatorum, &
 tormentariorum copias, certos quoque milites &
 toto exercitu diligere & conscribere, qui vna
 cum equis incedere, & sine timore, cum illis ver-
 sari, vel hostibus saltem, vbi loci iniquitas equo-
 rum usum & impetum vehementiorem prohi-
 bet, resistere sciant.

Duobus supradictorum armorum generibus
 Turcę destituuntur: Asappii hastas quidē gestāt,
 sed sariss breuiores, & exiguis cuspidib. munitas,
 quibus punctim solummodo feriunt, vnde nec
 hastis nostris, nec cum securibus comparari, nec
 iisdem resistere valent: Gladii nostri communes,
 stricti & longi, cum in ea pugnantium turba ad
 casim ferendum vibrari nequeant, & parum
 etiam contra acinaces latiores valeat, optime ad
 punctim laedendum aduersarium usurpantur, iis
 remotiorem hostem, qui breuiori gladio pugnat
 facilis & tutius ferire, vulnusque periculosius
 ac mortale infligere licet: Quæ omnia si probe
 obseruentur, licet exigui momenti videantur,

ma-

magnum tamen pondus in militia habent. Tur-
 cicę atq; Vngaricę hastę, vbi cum impetu in ho-
 stem procurrere licet, vtilissimę quidē sed pro-
 pter longitudinem, & quod plerūque sint con-
 caue fragiles sunt atque infirmæ. In locis parum
 impeditis & interruptis, vbi vehementi cursu im-
 petum eques facere nequit, plane inutiles exi-
 stunt. Arma quibus enimius hostem oppugna-
 mus, omneq; genus missile, nocte & in tenebris
 plane nullum usum habet, quod meta proposita
 quo iustum dirigitur, perspici nequeat. Paulus
 Ämilius difficultem quendam transitum, vbi le-
Liv. 1.34.
 gio propter angustiā loci inutilis videbatur, oc-
 cupatus, nocte id aggressus est, quod hostem
 missilibus potius, quam Romanos instructum
 & in eo armorum genere probe exercitatum sci-
 ret, in tenebris autem iactus & iactus incertus est,
 & nusquam certo dirigi potest. Sed alio quoque
 defectu hoc armaturę genus laborat, quod pe-
 dites in planic & spatiose campo hastatorum
 subsidio, & auxilio destituti, ne leuissimo quidē
 equitatui resistere valeant, carēt enim, quod in-
 gruentum equitum insultibus opponant, vnde
 facilime disturbantur. Optimum ad hos fundē-
 dos remedium exstat, vt quam vehementissime
 urgeantur, & in eorū ordines prorumpatur, q; nō
 modo alias cōtra tormentarios sed Moschetarios
 etiam in Belgio Hispani obseruare solent. Prima
 enim vice tormētis illis explosis, cum gladiis ma-
 nus admouentur, illi in hostes strictis ordinibus
 properant, eorum ordines inuadunt, & si fieri
 potest, diuellere atque perrumpere tentant: Eius
 generis sunt arcus, bombardæ, tormenta maiora

quæ Moscettæ vocantur, & æneæ machinæ seu catapultæ. Postquam bombardæ & torméta inventa sunt, arcuum usus desit, & parū apud nos amplius curantur: In bello Hungarico Tartari ut plurimum illis utuntur, leuiter enim armati, & ipsorum equi, velocissimi licet, propter debilitatem tamen ad faciendum impetum minus idonei, solummodo ad deuastandam regionem, impediendos commeatus, & simulandam circumventionem apti sunt, vnde nostros aliter oppugnare cum nequeant, hoc genus missile usurpat, quod plus terroris quam periculi adfert, qui illi minus sunt assueti, optime equites bombardarii illis obiciuntur.

Sclopotorum autem tria genera sunt, prodierat magnitudine distincta, quedam minora sunt Italæ pistolæ, alia media, iisdem archebusi, denique maiora quædam, vulgo Moscettæ dicta, quorum hæc omnium maxima sunt, quæ manu tractari & explodi possunt. Horum armorum magna est differentia, non inter se modo, sed etiam ratione usus, in quem adhibentur, alio enim modo ad venationem & inimicitiam priuatam, alio ad bellum instruuntur, & præparantur. Ad primum, sumendum est puluis nitratus, qui bonus sit & iusta proportione probe infectus, paratusque: ad secundum, qui munitionum intermedius dicitur: Horum impletio, primis ejaculationibus exceptis, aut non proportionata est, electo sapienter frustra puluere, aut non satis glande sua conferta & coarctata. Vnde summo studio cauendum est, ne primæ globorum emissiones sint frustraneæ, aiunt enim

Mo-

Mosquettum in velitatione confidere spatium 200. passuum, sicut & Sclopeturum, quod inimicitæ causa gestatur: & Sclopeturum militis, quantum bombardæ seu pistola inimicitæ, 80. nempe passuum quorum quilibet 5. pedes in dimensione habet. Bombarda vero militis omnino nullius est momenti, nisi adurat & consumat, suumque conficiat istum, proinde non nisi ve- lut ad hostile pectus admotam, explodendam volunt. Hinc notetur sequentes observationes: Manuariis tormentis seu sclopis equites qui ferreis thoracibus armantur, plerumque ut solent, iuramento hi adstringendi sunt, ne citius explodant, quam in hoste recta istum direxerint, & de eo vulnerando dubitare nequeant: Lanceæ igitur impetus prius expectandus, quo facto, vel hoste quam proxime imminentे feriendus est: Hoc armorum genus ad resistendum & impetu excipiendum, fortiterque stationem tuendam, quam ad aliam in acie impressionem faciendam accommodatus est, vnde ordines eorum arce & confertim consistere debent. Apparet etiam quæ imperite & negligenter officio suo fungātur, qui cum primæ stationes exploserunt, non expectant quo ordo eos quoque tangat, vel in aerem, vel in socios, vel procul ab hoste explodant, quæ negligentia & imperitia fæuerissime inhibenda, & castiganda est: Gallici quoque thoraces, quam Germanici præstantiores sunt, & facilius istum scloporum longiorū elidunt: Quin & magnum inter utrosque equites thoracatos discrimen adparet. Gallus unico tantum seruo stipatus, in militiam proficiscitur, Germanus

contra non duobus equis, pro se & seruo, sapientia non octo, ne decem quidem contetus ingens seruum famulitium post se trahit. Ea res abusum habet manifestissimum & pericolosissimum, ob plures causas. Prima est, quod habita lustratione, quae ab initio tantum, & sub finem expeditio- nis fieri consuevit, multi ex seruis illis desiderantur, siue quod demissi sint, siue quod facta nomina gessent, & suppositi tui fuerint: Secunda est: quod in tanto numero multi inueniuntur equi strigos, & ad bellum inutilissimi. Tertia est: quod turma ex vilissimis hominibus, seruis & stabulariis, qui ad bellum ineptissimi sunt, compleatur: vnde numerum nemini videri debet, si eos euentus expeditiones nostrae minime nanciscantur, quos speramus ex eiusmodi apparatu, qui cum in nobilibus & strenuis viris consistenter, eorumque virtus, vel pars saltus eorum, praestantiae armorum correspondenter, quamvis velutum etiam immensam multitudinem, ut Turcica plerumque est, excipere, & reprimere valeret. Cum enim minus manus conferendae sunt, harpae quo cunque ferriunt corpus ferro munitum offendunt, enies vero inermia Turcarum pectora, ea que remotiora vbique penetrant, perforantque, qui tamen in tanta cinguli, quo lateri aptatur, angustia a multis difficulter admodum evaginari possunt, eo meliori conditione Gallorum thoraci, propter veruta quod gestant, existunt. Bombardæ longiores, quas archebugi Itali vocant, leuissima arma sunt, quibus equites, atque pedites utuntur, pedites eum in acie locum tenere solent, ubi plus dexteritatis & agilitatis requiri, in capo aperto equitatu, &

hasta-

hastatis peditib. resistere nequeunt, nisi alio munimento tuti reddatur, vnde hastati plerumque eis adduntur, vel ad horum latera collocantur. idque duab. fere rationib. siquidem quinq; vel septem primi ordinis, quot nimis hafta tegere & defendere potest, hastatis non indigent, cum firmiter contra oppositas hostium turmas consistant nec magis quod illa moueantur, licer inter dimicandum quidam immutari, & alii in sociorum locum succedere soleant: hi proprie latus agminis vocantur, alii brachia dicuntur, quod manuum & brachiorum instar à cohorte dependeant, & nunc hic, nunc illic hostem laedant, in defessorum locum recentiores, & qui viribus integri sunt, succedunt. Bombardariorum igitur particulares quidam cohortes haberis solent, iisque hastati quidam adduntur, vulgo copiae perditæ dicuntur, quod saepius maximis periculis obiciantur, & capiendis fossis, rupibus, vineis, velaliis eiusmodi locis, vnde hosti plus damni inferri possit, adhibeantur.

Equites sclopetarii veterum sagittariorum vicem sustinent: hi eminus hostes laedunt, vnde extra reliquam aciem collocandi sunt, neque in uno loco, nec firmiter subsistunt, nec impetum facere, nec sustinere, suis laborantibus difficulter subfido accurrere possunt, quin eosdem quoque ledant, siquidem ictus bombardæ, ab equite in primis factus, incertus est & fallax: quod igitur potissimum hoc armorum genus habet, in primo pugnæ initio conspicitur, & plurimum valet. Cum vero in eos ab hoste impetus fiat recedere, & periculo se subducere possint, illorum officium principium & fere primum est, ut latus hostile oppugnent, suorum vero latera defendant: nec certis

ordinibus in acie distinguuntur, cum errabundi & volatiles sint, nec assueti ad vim atque impetu hostilem sustinendum, sed ut hastati turmatim & cateruatum incedunt: commodissime Tartaris opponuntur quos proprius, quam hi sagittis suis, attingere possunt, maxime si bombardae sint aliquanto maiores, cuiusmodi Itali & Wallones gestant, Germanorū vero manuaria tormēta Gallica (pistole nominantur) minus apta videtur. Mosquettum prōpter grauitatem minus dextre & agiliter tractari potest, longe omnium remotissime ferit, vnde locus illis, qui hoc armorum genere pugnant remotior ab impetu aduersariorū conceditur, plerumque peditum cohortibus inservuntur, & eorum tergo annexuntur. Hibombardarios, qui ab hastatorum dependent laterib, defendunt & forcis efficiunt. Quidam Mosquettariorū, ut & sclopétariorū ordines hincinde oberrare, & prout commodū eis videtur, vel à tergo vel à fronte hosti nocere solent. Ianizatis bombardarii non recte opponuntur, sed Moscetarii perfectiores sunt, quod remotius feriant.

Tormenta & machinae in campo spatio si-
bito impediuntur ab incursionib. quo minus pre-
ter primum ictum sāpius in hostem explodatur,
plus terroris quam damni atq; periculi inferunt,
ut in clade Ludouici animaduersum fuit, nostris
timore & fumo potius, quam glandibus perter-
ritis. Huc vēti commoditas, recte obseruata, plu-
trum conduceit. Non solum autem propter ma-
chinarū defectus & imperfectiones ictus sāpius
frustrantur, verum et propter distantiam scopi &
metæ, ad quam diriguntur, cum enim non semper

æquales sint planities, nec exdem hominum sta-
turæ, facilime, vel nimis alte ultra capita eorum
quos fetire debebant, glandes eiacularunt, vel ni-
mis remisse, antequam metam attingant ad terrā
deptimuntur, iterumque magno interposito spa-
cio resultant.

Cum primi ictus perfecti sunt, leuiter armati
& velites emituntur, ut reliquant eos, qui machi-
nas occupare tentant, vnde harum usus plane ces-
sat, siquidem amici cum hostibus permixti inter-
nosc & distingui nequeunt, nisi forte in loco emi-
menti, vel munito vndique positæ sint, vel aqua-
rum aut locorum interruptorum adminiculo ab
hostiū incursionibus defendantur: ad Rauen-
nam Galli hoc medio victoria potiti sunt. Solent
etia aggeribus muniri, eisque peditum cohortes
validæ adduntur, in mediam aciem plerumque
collocatur peditatu vicinæ: à latere autē locus e-
minens & natura munitus pro eis diligendus est,
vel is propugnaculis & peditum cohortibus mu-
niendus, ut contra equitatum hostilem tutæ con-
sistant. Hic ordo in nostra acie in primis cōspicī.

Guicci.
lib. 10.

VTRVM PRIMVM AGGREDI
hostem, vel eius impetum susti-
nere praefet.

Dvo quondam Romanorum Consules pu-
gnā inituri periculosisimā diuersa plane cer-
taminis ratione in debellādo & aggrediūdo hoste
vsi sunt, alter militibus suis edixit, ut ipsi sustinerent
hostis impetu, quo primo aggressu fortiter reie-
cto & celuso, futurū sperabat, ut paulatim ab ardore

Secret. I. 3.

4. 5. 4. 6.

63.

& furore vehementiori iidem remitterent, animumque sensim despondarent, faciliusque in fungam agerentur.

Quod consilium ex sententia ei cessit, victoriaque potius est. Alter vero quanta fieri posset vehementia atque audacia majori suos in obiecta hostium aciem impressionem facere iussit. Sed hoste inferior hic exstitit, vi et usque ac cæsus fuit, nec mirum: siquidem celeriter & festinanter incedentes tam probe ordines seruare, pedem in constituto loco firmare, gressumque sistere, & mutua conferre auxilia nequeunt, quam illos, qui intra stationes suas permanent. Huic accedit, quod communitates, quibus hoste existunt superiores, negligunt & deferunt, aduersarios in locis oportunis, & qui ipsorum communitatibus seruunt, in quibus haud superari & vinci possint, offendunt. Denique se suosque temere machinarum ac tormentorum iictibus obiciunt, & manifesto discrimini exponunt. Nec ea festinatio aliqui fructum habet, quam ut vanam fortitudinis & audacia ostentationem ferat, quo parum mouebuntur milites, quos Duces strenui iam ante certiores reddidere moram longiorem non extimore proficiunt, sed maturo consilio hostem ea ratione vincere constitutum esse, sane milites de hostium pugnandi & belligandi modo diligenter edocendi & instituendi sunt, ne si quid forte noui interueniat cōfusio in acie oriatur, cuiusmodi sunt clamores, ylulatus & saltus, aliaque id generis vanissima, quæ ut Mallius dicebat ipsi hostibus plurimum detrimenti afferunt cum pri-
*Front. I. 28.
mo impetu fortiter repelluntur. Vobios in aciem
curren-*

currentes Romani pede firmo exceperunt anhelantes, eosq; fugarunt. Hoc vti stratagema in *Bell. ciuil.*
43. campis Pharsalicis Pompeius cōstituerat, sed stu-
Front. 10. dio suos in hostem Cæsar properare, & in medio cursu, ad recipiendum anhelitū, subsistere iussit. Animaduertendum igitur ubi hostiū robur præcipuum in primo impetu consistere nouimus, cōmodissime ad orientem excipiamus, non sine spe victoriae, ut plura exempla testātur: Quin & cum Turcis manus conserturi haud parum momenti hic resistendi modus ad victoriam habiturus est, sed contraria rationem nostri obseruāt, plus fiducia in potentia, quam in arte collocantes, unde tot insignes in Hūgaria strages, Christianis illatæ, numerantur. Ad Nicopolim contentio inter or-
1393.
1444.
1526. dinces de adoriundo hoste mota, clavis non minima cauſa fuit. Ad Varnam in locis incommodis exercitus contra ducum Imperiū hostes aggressus est. Ad Mohatz, nulla necessitate urgente, milites impetum in hostem fecerunt, eundē in loca Turcis quam Christianis oportuniora, structasq; infidias, infecuti sunt.

Num quid horum ad Agriam proxime elapsi anno commissum fuerit, historia suo loco, suoq; tempore aperiet. Certa nobis & indubitate constaret victoria si eadem industria in hostis natu-ram, fraudes, & astutiam ut ille in nostros solet a-
1596. ctiones, inquireremus, optimè nouit impatientiā nostram, ideoque pugnandi occasionem præberet, nec tamen copias promoueret, sed ubi pugna desiderio nostros æstuare cognouit, in prælium de-scendit, certa victoria spe nixus ut exempla supe-rius adducta declarant.

Pugnandi igitur ratio & methodus immutanda cogendusque hostis vt in locis, quæ commodiora nobis videntur ipse nos adoriatur, quod facile obtineri potest, vrbium vel propugnaculorum præcipuorum obsidionibus, vel vbi proprius ad ipsum accedimus, nec vnquam è conspectu ipsius discedimus, donec pressus penuria vel manus conserere, vel copias reducere cogatur, vel arrepta alia quapiam peropportuna pugnandi occasione, quæ non unquam fese obferre solet. Neq; velitationes maiores ineundæ, in quibus laboribus assidua mittantur præsidia: siquidem Turcae hoc certaminis genere longe nostros superat. Quin potius iūctis virib. iisq; in sua agmina recte distributis, hostē agrediemur, vnde aciei forma immutata, aliis victorię & pliū successus sequet.

*Q V O M O D O P R A E L I V M
fit ineundum.*

PVGNÆ initium leuioris armaturæ milites faciunt, qui eminus hostem petunt, vbi tormeta sunt explosa, sclopetariorum turmæ emittuntur, vt hostium machinas disturbent, ne dannū nobis inferant. Idem cūm hostes facere conātur, letitia certamina & velitationes oriuntur: Eodem que tempore ex alis equites arcularii seu tormentarii protumpunt, quo latera & cornua hostium infestent: səpius hi recedunt & à tergo impetum facere tentant, vt hostium ordines turbet. Quod si his auxilium feratur, vel obiiciantur itaq; qualis armatura milites quibus resistere diffidant, paulatim recedere, & priorem pugnæ locum capere conuenit. Sic alliciuntur hostes, vt insistant retrocedentibus, donec vndiquaque pugnæ initium

fiat,

fiat, siquidem hostibus semper recentes copiæ auxiliares adiuulant, augeturque pugnantium numerus, quos nostra acies excipit, quæ tamen non semper integra pugnat, sed pars eius səpius certamen init. Multi hoc stratagema vñi sunt, Scipio neruum exercitus in uno cornu collocarat, quo in pugnam educto, alterum debilius quietum tenuit. Exercitus hostilis parte fugara, ambo cornua ad reliquos deuincendos coniunxit.

Alia vice robur militiæ in duo cornua distribuit, infirmiorem exercitus partem in mediā acie coniecit, eamque validissimis hostium copiis opposuit, illis quiescentibus, cornua sua contra tergum aciei hostilis, vbi debilior erat eduxit, eaque parte fugata, reliquos facile superauit. Alii duces *Front. 1.2.* *c. 3.* alii hostem vincendi modis vñi sunt.

Hoc in primis obseruandum, vt dum agmina & turmæ promouētur, eadem distantia inuicem milites incedant: ne si nimium in hostem properent vel in densitatem inter equitandum contrahantur, & alter alterū præcedere contendat, confusio in ordinibus oriatur, vnde non leuia damna inferri solent: priori modo, terminos à ducib. prescriptos milites tráseūt, nec ab officiariis amplius regi, nec pñdia laborantib. ferri, nec errores cognosci, ac priusquam in immēsum crescāt, corrigi queūt. Interequitādo postea ordo eorū, q; ad subfidia ferēda cōstituti erāt turbat & latera nostrorum & vicinorū agminū denudantur, certisque interuallis aperiuntur, vt hostiū incursioni patēat denique occasio datur vt eodem in loco plurima agmina aggrediundo impingant, quod vt semper

Hortens.

1552.

periculosisssimum, ita maxime vitandum, ubi cum immenso hostium exercitu congregundum, qui quoad fieri potest, late distractis copiis oppugnari debet. Hunc errorem Aladanus in Seghedinē si clade commisit, factō impetu cum duobus equitum turmis, in immensum quoddam Turcarum agmen, quo cāso, fugientes Christiani inficii sunt, tunc ad prædas conuersi occisos spoliare, & exuere cāperunt. sic palantes & nullo ordine dispersos duas Turcarum alæ, quæ integræ permanerant, aggressi, eximia strage eos affec-
runt.

Hæc duces ipsi noscere debent, siquidem belii Imperator non ybius locorum sublisteret, & si gillatim quosuis instruere potest. Ex horum imperitia & culpa, confusiones, clades, & fugæ militum oriuntur, quæ Imperatoribus plerumq; attribui solent, cum fugarum principia ut plurimū lateat. Præter reliquos errores in Agriensi pugna à ducibus admissos, hi à viris belli peritis notantur; quod exercitus noster cum superatis paludibus hostem aggredi vellet, dextrum cornu, non recta in opportum hostium cornu sinistrum impetum fecerit, sed versus dextrum sese conuerterit. Contra vero sinistrum Christianorum cornu in Turcarum cornu sinistrum mouerit, atque ad eo in medio itinere obuiam sibi facti inuicem, crucis figuram incedendo effecerint, ordinesque interequitando turbarint. Biduo antequam hoc contigit, in alta quadam tipa Turcæ fluuii vadum quarebant, nec retrocedere poterant propter so-
ciorum multitudinem, qui eos premebant à ter-
go, ne procederent viterius, Hungari quidam ei-

impe-

impedimento erant, qui transitum tuebantur. Post hos Germani quidā equites excubias agebant, qui non modo in vanum manuaria sua tormenta in hostem exploserunt, sed multos etiam ex Haduccis vulnerarūt, atque adeo triplici culpalapſi, maiora damnā amicis quam hostibus in-
tulerunt, quod si alibi hostes fluuii transitum, quem sedulo inuestigabant, reperiissent, actum sine dubio de omnibus iis copiis fuisset. Priori tamen cāsu, facultate vt̄dī oblata occasione, po-
steriori vero peritia & scientia destituti fuerunt.

*HOSTI FUGIENTI QVOMODO
infestendum.*

Hostis fugienti aureum pontem struendū *Guicci.* lib. 2.
non nulli iudicarunt, quorum opinione re-
pugnare videtur vulgo in bellis recepta regula,
victoria vtendū esse, nec hosti tempus ad ani-
mum resumendum vicesque recolligendas con-
cedendum. Hæc duo ut concilientur inuicē, fu-
gæ distinctio facienda: Vel enim hostis integras
adhuc & incorruptas copias, armis probe instru-
tas sub signis reddit, & in tutum collocare ten-
tat, vel aperta fuga desertis ordinibus, & signis
relictis, armisq; abiectis tergum vertit: qui prio-
res intercludere viamque illis præripere vellet,
necessitatem pugnādi, & se defendendi impon-
neret, siquidem armati id facere possint. Non i-
gitur impediendi sed euadendi commoditas li-
bera eis relinquenda, quin potius tanta vehemē-
tia iudicata vrgēdi sunt, ut in fugam solutam auer-
tantur, quo impetrato secure ipsis via præcludi
potest, ut maiori strage affiantur. Hanc opinio-

lib.3.c.22. nem Vegetius & Scipio probant, iter sc. fugientibus hostib. non obstruedum, per q̄ fugere definarent, si enim apertum illud & liberū consipient, fuge desideriū omnes inuadit: semel in fugam coniecti ordines rumpunt faciliusq; delen-
lib.11. tur: via autē impedita, cum euadere nequeat, desperatio animū addit̄ pauidis, timorq; s̄ p̄pius ar-
linies ma ministrat vbi nulla spes salutis supereft. Quā
lib.11. igitur hostem fugientē insequi cogitat, primū vi-
deat necesse est, vtrū tota acies an pars eius cala
lib.11. & fusia sit: posteriori casu pars fugiens tā diu pro-
lib.11. pellenda donec dispersa vndiq; suos recolligere,
lib.11. & in ordinē reducere nequeat: postea ab inse-
lib.11. quendo retrahendī sunt milites, vt reparatis or-
lib.11. dinib. vel à tergo vel à latere aggrediātur eos, qui
lib.11. adhuc manūs conferre & resfiltere audēt. Sēpius
lib.11. enim contigit, vt exercitus pars victa sit, cui tamē
lib.11. ab alia parte victoria integra māsit. Hannibal ad
lib.11. Cannas Romanum equitatum fusum, & fuga-
lib.11. tum non est insecutus sed eundem impune elabi-
lib.11. passus. Recta vero in latus agminis hostilis inue-
lib.11. ctitus, tam insigni victoria potitus est. Si ad Var-
lib.11. nam Corvinus hoc præcepto v̄sus esset penesi-
lib.11. psum certissima victoria stetisset. Quin & Ludo-
lib.11. uicus superior euasisset, nisi Turcarum agmē fu-
lib.11. giens liberius, tāquam in manifesta victoria in-
lib.11. seētatus esset, cum ducenta hostiū millia super-
lib.11. esissent, qui nondum in aciem descenderant. Ad
lib.11. Agtiā temere nonnulli duces, vt primum ho-
lib.11. stes tergum vertere conspererunt, ordines tut-
lib.11. barunt, & immemores officii prædas agere mi-
lib.11. lites permiserunt, sed hoc posteriori casu, non so-
lib.11. lum pars quādam, sed vniuersus exercitus hosti-

lis in fugam coniectus videbatur. Nec tamen ea militib. in perseguendo hoste licentia pēmittēda, vt ordines plane dissoluant, velites & leuiter armati ad insequendum hostem emitendi, gra-
T.lib. uioris armatura milites, paulatim obseruatis or-
lib.6. dinibus eos insequi debent, quo prioribus tutus recessus pateat. Nec tamen leuiores isti, nimis late explicandi, vell longius inuicem dispargendi sunt, nisi arma hostes abieciſſe, & ordines dese-
P.lou.lib. ruſſe conſter. Tunc etiam fugientibus via solo ^{29.}
Guicci.lib. equitatu obſtruēda, & late copiæ deducenda, vt maior strages edatur. Sic euitentur errores, quos ^{13.}
lib.3.c.25. vitare Vegetius iubet, existimans hostibus eu-
lib.3.c.25. dendī occasionem dari, dum recens victoria su-
perbos & incautos v̄ctores reddit. Siquidem in insequendo maior audacia quam sollicitudo & cura viget, sed quod remissa illa securitas plena est immensi periculi: qui nihil plane timent incon-
cap.22. sulte dispersis suis sequuntur: quod qui faciunt; ^{cap.20.} quam ipsi acceperant, aduersario dare victoriā volunt.

Hac militaria præcepta, vt & alia p̄tobe Tur-
ca obſeruare & re exequi norunt, contenti é-
*ni*nim secura victoria, nec spolia & prædas, nec qua-
clade hostis afficiatur curant, fugientes non in-
sequuntur temere, cuius rei Vafna, Mohaz &
Agria testimonium perhibent. Fugam hostium & desertiōnem castrorum, sequitur deſtructio & deuastatio regionis, & locorum expugnatō, dum præ formidine cuncta trepidant, & facilio-
res quāuis expeditiones, difficultimē licet, exi-
stunt: propter authoritatēm qua v̄ctor pollet,
qua in re v̄sus victoriā consistit:

QVOMODO IN TVTVM RE-
ducantur milites, & laborantibus au-
xilium feratur.

ACIEI perfectio in eo conspicitur, cum pri-
 mis turmis secunda iusto tempore subfido
 veniunt, & hos tertiae deinde, in huc usum refe-
 uatae, excipiunt. In materia fugarum duo repen-
 notatu dignissima: primum quod maior plerum-
 que conflictus, grauiusque certamen inter pa-
 uos vel mediocres exercitus committi solet, quia
 vbi immensa copiarum multitudo congregatur,
 cui maior plerumque strages in fuga, quam in
 prælio infertur: cū enim manus conserendæ sunt
 non fugiendo, sed in hostem properando, alii
 quidem animo confirmato incedunt, alii vero
 perterriti, confusione excitant facileque sine cer-
 tamine reiiciuntur, & in fugam conuertuntur:
 huius mali causa est, quod in tanta multitudine
 plurimi reperiuntur abiectissimæ fortis homi-
 nes, qui nullo imperio sub ordinibus continet
 possunt. Expectatio quoque primi impetus, qui
 semper vehementissimus esse, & omnium ani-
 mos suspensos tenere solet, confusione causæ
 re, & ordines perturbare potest.

Alterum est, quod licet in priori militum se-
 rie, non nulli vacillent, & ad fugam inclinent, pe-
 demque referre cogitent, fuga tamen plerumq[ue]
 in posteriori classe oritur, quibus firmiter per-
 stentibus, priores resistere inuiri etiam coguntur.
 Hinc concludo præcipuum belli ducis officium
 in eo positum esse, ut militum animos initio pu-
 gna probe confirmet, quo fortiter hosti resista-

vel saltem audaciam firmiter in hostem prope-
 rando simulent, quod in ingenti exercitu maxi-
 mum pôdus ad victoriam habet: vbi primus im-
 petus feliciter cessit, posteriores animum recol-
 ligunt, adeoque roborant, vt prioribus cedenti-
 bus illi horum loca supplere non dubitent, ma-
 xime vbi ad fortitudinem à Ducibus & officia-
 riis fuerint adhortati, qui semper hac in parte
 strenue suo officio, turmas obequitando, & ho-
 stium pugnandi modum declarando, fungi de-
 bent, ne milites nouitate aliqua forte perturbé-
 tur. Non modo autem in primam seriem optimi
 & præstantissimi quiuis militum & officiariorū
 collocandi, sed in ultimam quoque classem pars
 eorum reseruanda, quo illi fortiter pugnado re-
 liquis exemplo suo preceant, hi vero timidioribus
 spei fugæ admittant. In Romana acie, vt quisque
 videbatur fortior, eo magis in nouissimum agmē
 reseruabatur, primipilis exceptis, qui erat omni-
 um strenuissimi. Vbi duces nec minis nec exhorta-
 tionibus suis in hostem animare possunt, sub-
 fidarios aduocare, & eorum aduentum pugnâ-
 tibus certiore facere debent, quo citra confu-
 sionem recedant, & recentibus pugnandi locum
 concedant, ne vieti fugam meditari, sed ad reci-
 piendum anhelitum cedere videantur: Hoc si
 duces à suis impetrare possunt, non minori laude
 digni censendi, quam si plena victoria potiti es-
 sent: Hec enim in fortuæ ludibriō consistit, ad
 quam militum audacia, & strenuitas accedit: In-
 dicum vero virtute sola positum est, prudentia
 præcauere periculum, & cladē evitare atq[ue] auer-
 tere. Cum igitur hunc in modum è certamine

Front. l.2.

c.3.

Liu. l.17.

milites deduci sunt, vulneratos curare, & deferos recreare, tum ad repetendū prælium; & auxiliū iis q̄ prius succurrerant, vel à frōte vel à latere ferendū superstites adhortari, & confirmare debent. Hoc utilissime plurimis cessisse exemplum Xantippi, & Sertorii demonstrat. Subsidiorū dux diligenter inquiret, quæ in ea parte aciei, cui ille substitutus est, gerantur, de successu prælii cū militibus, vt præsenti sint animo, communicate, reluctantēs rationibus veris, vel verisimilibus refutare, & paulatim contra hōstem eos incitare, hilari fronte tempus prælii exoptatum, vt virtutis suę ac fortitudinis specimina edere possint, annunciare, eosq; officii admonere: tunc firmiter coarctatis ordinibus cum graui & audaci incessu, qui magnanimitatis speciem præ se fert, proxime ad latus eorum qui recedunt, copias promouere debet, priusquam in plenam auerterantur fugam, quæ vtrisque terrore in maximum solet incutere, & fugientes animum protinus despondent, ordines deserunt, nec facile ducum imperio amplius parent. Marcellus ab Hannibale cæsus & fugatus fuit, quod lente subsidio, veniret laborantibus: quibus in fugam conicetis cum reliquo exercitu vim hostilem solus sustinere nequivit. Nec ea tamen lege subsidiarii adstringendi, vt neutrīs præter sibi commissis auxilium ferant: Quin vbi necessitas requirit, ex consilio Imperatoris belli, vel aliorum sumorum ducum, pro aciei successu alio transferri possunt subsidia. Tum iasinita alia strata gemata in variandis & immutandis aciebus ipsa prælio durante, nunc equitibus peditum loca

loca capessentibus, nunc peditibus equitum vicem supplentibus, atque alia eiusmodi adhiberi possunt, quæ etiæ exigui momenti esse videantur, maximum tamen pondus sapient ad clarissimas victorias deportandas contulerunt.

*QVOMODO ACIEI TERGVM
Et latera munienda.*

C V I à prima aciei fronte numerosissimus exercitus oppositus est, in maximo versatur periculo, ne à tergo quoque circumueniatur. Nam vbi ante oculos hostis versatur difficulter ad tergum vel latera respicimus, tum strepitus variique clamores quibusvis etiam fortissimis terrorem incutere solent, quilibet enim propriā salutem perpendit, eamque in fortitudine alterius positam existimat. Tum diuersæ voces nunc huc, nunc illuc milites in diuersum rapiunt, animos suspensos tenent, ordines perturbant, & fortiores etiam timidos reddunt. Cum igitur acies non semper longius produci queat, ne nimium extenuetur & debilitetur in medio varia huic inconuenienti remedia à Duci bus excogitata fuerunt. Quidam aggeres ad latera aciei ad frontem usque erexerunt, eosque machinis impositis munierunt. Sylla & Cæsar sèpius hoc munimenti genere usi sunt. Ad Agrigiam simile quippiam decretum, sed remissus executum fuit. Alii copiis diuisis ad utrumque latus subsidiarios in excubias posuerunt: quidam cornua & alas in lateribus du-

Front. l.2.
c.3.
Bell. Gall.
lib. 2.

Guicci. lib.
ro.

plicarunt, & plures copias, quam in media acie erant, illuc collocarunt, vt necessitate sic virginem extendere eas & latius explicare possent. Quidam ob paucitatem milittum pugna locum idoneum elegerunt, cuius oportunitate (vel quod præruptus esset, vel sylvis, montibus, fluviis aut paludibus consitus ac munitus) vnum e duobus laterib. à vi hostili defendetur, quod in pugna Pharsalica, & contra Antiochum, aliosq; plurimos feliciter cessit. Quia in re sciendum machinis quibus hodie vitimur, minus commode hostem impediti, eq; noceti posse, & primariā caussam clavis ad Rauenham acceptā, inde demanasse. Sylla præter aggeres palos quoque terræ infi- curabat, quibus curuum falcatorum usum hosti adimebat, relictis in acie interuallis e quibus ex- quites & leuioris armaturæ pedites durante pre- lio prorumperent, eoque stratagemate exiguum licet exercitum haberet, immensum Archelai- quitatum vicit. Artificia hæc curuum falcatorū & lignorum terræ infixorum commode nostro tempore adhiberi, & merito noua excogitari de- bent, siquidem cum eiusmodi hōste bellum no- bis gerendum, cuius potentia vires nostras longe superat. Quoties Hungaricas pugnas cum Tur- cis commissas altius perpendo, & mecum consi- dero saepius mirari soleo, artes tam parum illibi valuisse: vnicum robur & vi in præliis adhibita fuisse, quasi brutorum instar solis viribus, nec rationibus etiam certandum nobis esset. Hunia- dem ac Stephanum Battorium solos reperio ag- minum latera cassis muniuisse. Ludouico idem fuit consilium datum, & ad Agriam quoq; eius men-

mentio facta, sed in effectu non fuit positum. Quin plurimi in Hungaria ludibrio harū rerum artifices & structores habituri essent, licet nihil quicquam ad eorum rationes refutandas proferre in medium possent. Vtinam Germani artium militarium maiori cura tangerentur, quo tempori & militibus in expugnationibus parceretur: Fateor non magni momenti rem esse palos infi- gere, aggeresque ducere, sed cum videamus ha- rum rerum usum, vbi iusto tempore & locis idoneis adhibitus fuit, prospere utentibus cessisse, à nobis tanquam ineptæ & viles minime sperni debent. Contra equitatum hostile permulta sunt artificia, defensiva & offensiva, à veteribus usur- para, nostro vero tempore reuocata & aucta: Tum etiam quomodo in planicie pedites contra equi- tum subsistere & se defendere valeat, noua ex- cogitata sunt stratagemata: sed vilescunt, nisi ex improuiso atripiantur hoste nihil tale cogitante, præuisa enim minus nocent, & facile eliduntur.

*QVOD SIT OFFICIVM DVCVM,
et quem locum capessere in pra-
liis debeant.*

Laud. lib.
9.

PROPRIVM omnium belli ducum officium est: salutaria capere consilia: Armorum tra- statio ad milites proprie spēstat. Scipio ad duellū prouocatus, non militem sed ducem se à matre genitum dicebat: Hinc ex veterum Spartanorum iudicio, maior gloria ducibus qui arte, quam qui vi hostem superarunt, deferenda: priori ratione parta victoria gallum, posteriori vero bohem sa- crificabant. Cōstat quidem multas victorias lu-

cratas fuisse, quod duces ipsi præsentes, & partici-
pes fuerint periculorum, eum tamen vincendi
modum minime probandum iudico. Illis enim
fortuna fauerit, ut salui & incolumes discrimen e-
uaaserint, cuius ope si destituti fuissent, maximo
suo cum damno insignem ignominiam incurri-
sent, quemadmodum Vladislao & Ludouico co-
tigisse nouimus. Plus igitur ducem prudentia,
quam manu certare, milites in ordinibus seruan-
dis, in itineribus faciendis, in armis tractandis ex-
ercere, imaginariis pugnis ad omnia belli munia
fortiter & intrepide subeunda, ad impressiones,
ad sustinendum hostilem impetum, ad recessio-
nes, ad militaria imperia excipienda & exequen-
da assuetudine, conducit. Hinc enim promptiores
lib. 2. c. 1. & cordatores euadunt milites, siquidem ut Ve-
getius dicit, quilibet audacius illud faciendum ag-
greditur, quod cum didicit, se effecturum putat.
Virtutem enim cum vis coniungitur, propter vin-
culum mutuum, cautor illa, haec validior in mili-
tia existit. Primum belli Imperatoris in prælio
committendo officium est, ut priusquam impe-
tus fiat in hostem, hilari & iucunda facie apud co-
pias plerasque compareat, brevi sed graui ac pon-
derosa oratione officii eos admoneat, honorem
& gloriam propriam eis in mentem reuocet, pa-
triam denique ac religionem pro qua pugnant
eis recommendet, adhortetur eosdem ut ducibus
& officiariis debitam præstent obedientiam, sibi-
que certam & indubitate promittant victoria,
ob iustum belli causam, quam defendunt: quod
fortitudine & armis longe superent hostium ex-

erci-

ercitum, qui ex vilissima, & inermi multitudine,
inuite & coacte in bellum protracta, constet: qui
nunquam superiores nobis extitissent, nisi con-
fusio nostrorum victoriam eis creasset. Nunc ma-
lis illis omnibus abunde prospectum & prouisum
esse, modo obtemperent recte monentibus: nun-
quam eos non victuros, dummodo victoriam, ta-
quam unicum omnium actionum scopum, sibi
certo proponant, & vel vincere vel mori secum
statuant. Haec vel similia duces inferiores, suis
militibus continuo inculcare, & repetere de-
bent.

Tum Imperator repetit locum suum peculia-
rem, in media acie, quo securior, & vndiquaque
prospicere possit, ei destinatum: stipatus con-
filiaris & nobilibus rerum peritis, qui omnes
successus probe intelligent, & dijudicent, re-
cteque renunciare sciunt, cum ab Imperatore ad
recognoscendum emissi fuerint. Nec Imperator
solum suos habeat delegatos, per quos singulis
momentis statum pugnae cognoscet, sed reliqui
duces inferiores cornuum scilicet & alarum, tum
vicarii & castrorum præfectus quid geratur, ei
significant, vel ipsi referant, centuriones atque
tribuni ad duces suos recurrunt, quo confusio-
nes vitentur. Imperator tamen ubi necessitas
requirit ipse auxilio accurrere laborantibus, &
præsens omnia speculari ac cognoscere potest.
Conducet ei in loco paululum eminentiori sub-
sistere, ut commodius singula oculis intueri,
& rebus dubiis consilium & auxilium ferre
possit.

Præter Imperatore nemo ducum autoritatē habet quicquā in imperio militari, & castrensi decernendi. De pugnis idoneo tempore, & loco cōmittendis Imperator cum suis consiliariis deliberet. Decreta concilii oēs stricte obseruēt, & transgressores vel in obediētes sauerissime punientur. Quod vniuerscuiusvis sit officiū scripto cōprehensum singulis tradatur, vt discordiarū confusiones & rixarum causæ præcidantur, cūnctis eiusmodi munera imponantur, quæ sunt cuiusvis officij, ne imperia confundantur, & diligenter in concilio perpendatur, quid cuiusque ducis iurisdictio requirat, ne inter officiarios æmulationes oriuntur. Vbiigitur pugna cum hoste decertare decretum fuerit, castrorum præfectus & Tesserarius ad cōciliū referunt acie formam, & ordinationē, quo mature deliberetur, num præscripto modo instituenda, an quippiam in ea immutari placeat, de hac vbi constat, ducibus, Tribunis, Cēturionibus ac reliquis officiariis, quē locum capere, & tueri debeant, indicandū: quibusdā cornua regēda cōmittūtur, viris scilicet, q. authoritate pollēt, principibus, & prouinciarum rectoribus. Alii peditati, & medio agmini præficiuntur, cuius curam Tesserarius plerumq; gerit: turmæ, pprios habet Chiliarachas ac tribunos, qui eis imperant. Hi oēs quā diligētissime, antequā ad manus venitur edocēdi & instruēdi sunt, quomodo in certamine, in subsidio ferēdo, in clade deniq; ac victoria segegere debeant. Legato Imperatoris & castrorū præfecto certus locus nō est designatus, sed libere hinc inde vagantur, vt periclitantibus vindique succurrant, & decretorū executionē procurent.

Nec

Nec armamētarii tribunus certo loco affixus est. Quæ enim ipsius curæ cōmissæ sunt machinæ & tornēta nō vno in loco hæret, sed varie hinc inde p̄sistus ratione disposita sunt, quibus semel explosis, diligenter in oēs occasiones attendendū, num promotis copiis denuo hosti machinis noceri & detrimentū afferti queat: Nunquam enim commodates probe fungēdi officio deerūt, q. solerter iis inuigilet. Cornuum & agminūm ductores locum intermediū tenent militibus vndiquaque circūstipati, sed vrgēte necessitate ipsi accurrere, vbi periculū eorū præsentia requirit, vicario cuiuspiam iurisdictione delegata, in his auētoritas potius, vt decreta & mandata recte perficiantur, quā exacta rei bellicæ scientia requiritur: Tribunos & centuriones, quibus rerum ac consiliorū executio commissa est, in primis decēt prudētia, qui nisi officio suo recte fungantur, nihil proderit Imperatori cuncta suo ordine recte disponuisse, & salutaria de rebus agendis cōsilia cepisse: Fieri enim non potest, vt vbiuis locorum semper ille p̄fens adsit ad frenandam audaciorū temeritatē, confirmandos remissiores ac timidiores, instruēdos imperitos, vbi copiosus est exercit⁹ difficili⁹ sane hoc fieri pōt: Vnde Imperatori merito adscribūtur errata bellica, post habitis ducibus, quōrū tamē culpa, vt plurimum euenire solent, siquidem penes ipsius stat arbitrium eiusmodi duces ac tribunos militibus præficere qui apti & idonei sint ad munus tā graue ferendum, fecus statuendum cum Imperatori belli hac potestate destituitur, vt fieri solet in copiis auxiliarib⁹, cum penes exteros Principes, qui mittunt auxilium, officiorum distributio cō-

sistit. Ex enim copiæ non alios, quam proprios
duces recipiunt. Hoc casu merito parcendum Imperatori, & clades authoribus suis, ducibus scilicet copiarum, imputandæ sunt. De successu belli
anno præterito gesti, Historicorum erit veritatem
scribere, & ad posteros transmittere. In certamine
centurio, vel Tribunus mediū inter primipilos,
locū obtinet, ei reliqui officiarii adstāt, ipse omnes
occasionses perspicit, & à tergo ac latere cōmode
imperare potest, eius imperiū vicarius à tergo ex-
cipit, & ad reliquos transfert, à latere, & in nouissima
serie periti quidam, & autoritate prædi-
duces subsistunt, militibus quibusdā strenuis co-
mitati, eum scilicet in fine in primis illuc posuit, ut
quosvis trucidet sine respectu, qui propter aliam,
quā hostis occidēti causam ordines deserūt. Po-
ena quoq; severissima ducibus proponēda, in quo-
rū agmine prima confusionis causa datur, prius
tamen in exercitu publicandū, hoc non fieri, ut
de fortitudine militum strenuorum dubitemus,
sed verehдум, ne inter eosdem nonnulli abiecto,
& timido animo prædicti lateat, quibus potius cu-
ræ sit fugæ & latrociniī, quam pugnæ certamen
inire. Cauendum igitur ne horum culpa ruina o-
ptimorū militum, & totius exercitus protieniat,
& eorum exemplo aliisque seducantur. Quia
(si ita videtur commodum) singuli quoque mili-
tes adhortandi, & instigandi sunt, ut socios quos
fugam meditari vident, occidant, eiusque rei cer-
ta occisoribus præmia, ac si quempiam ex hostib.
interfecissent, proponenda sunt. Nouissimo ag-
mini turmę quædam equitum adiungēdæ, quorū
curæ sit hinc inde perpetuo vagari, & excurrere,

vt equites recte in ordine cōtineantur, trāgre-
dientes vero sine vlo respectu continuo occidē-
tur, quilibet enim firmiter subsistere debet, quo-
usque primipili, centurio, & reliqui officiarii, qui
maximis periculis sunt expositi, perseuerandū
in acie statuunt. Quod si hoc supplicium homi-
nes abiectissimos & timidissimos in officio conti-
nere nequeat, cogitent illi periculum ab instantे
hoste se nūquam euasuros, quod nunquam in-
current si cum reliquis audacter in prælio perdu-
rent, nec eandem cum cæteris fortunā subire du-
bitēt. Subsidiorum Dux dum vacat à certami-
ne, & ipsius opera pugnantres non indigent, acie
statum diligenter eminus perlustret, suos de pro-
spero successu certiores reddat, errores & damna
mitiget, & extenuet, in reliquis suo officio probe
fungatur.

Hæc præcepta, aliaq; magis generalia, vbi re-
cte in bello Hungarico obseruentur, non dubi-
tandum, quin euētu magis prospero pugnas cum
hoste commissuri simus. Bonum enim ordinem
ipsa fortuna semper comitari solet. Quo dextre

obseruato haud erit difficile Turcam vin-
cere qui haec tenus cunctis inuin-
cibilis visus est.

F I N I S.


Anonymi cuiusdam

DISSERTATIO,
DE STATV IMPERII
TVRCIC, CVIVSMODI SVB
AMVRATHE III. fuit: deque
eius euertendi modo.

Quam

EX ITALICO IN LATI-
num nunc primum transtulit

IAC. GEVDER ab He-
roltzberga.



NOBI

NOBILISSIMO VIRO, D.
IACOBO GEVDERO, CVN-
RADVS RITTERSHVSIVS
S. D.

N magna apud omnes expecta-
tione est nouum opus tuum An-
tituricum, Geudere Nobilis.
quam in animis hominum con-
citatiss edito pronuper LAZARI
SORANZI Ottomano, qui abste in Lat. sermo-
nem conuersus iam omnium manus perambu-
lat summatua cum gloria, nec sine ingenti fru-
etui (sic enim augurari libet) qui ex tuo isto labo-
re ad Remp. redundabit. Cum enim Turca iterū
in Germania pedem posuerit (atq; utinam ne
firmiss quam olim, cum Viennam sive iam deno-
rasset) consilius profecto opus est ad resistendum,
que ex huiusmodi libris depromuntur, & nisi
ad sint domi, parum sint arma foris profutura.
Mibi quidem salinam mouit vel titulus operis
tui, quem Collega coniunctissimus. Scip. Geniti-
lis, amicus utriusq; nostrum, superioribus die-
bus ostendit, una cum Carmine Epico eruditiss.
Bernh. Pratorii, Syndici vestri spectatissimi.
Debebam forstan ego quoq; non nihil encomia-

Aa

stici Carminis ad te mittere: Et sane cupere non
quo soli faces accenderem, aut cum Collega clau-
sis certarem (cuius ab emulatione quem non de-
terreat incredibilis illa venustas ac sanitas ver-
sum, quos non ita pridem tam in tuam laudem
quam alterius Pratorii, illius inquam Norici
Archimedis, immortalitati meritisimo vestris
consecrauit?) Sed ut grato animo responderem
tua erga me benevolentia, quā à patre tuo Am-
plissimo Senatore & Scholarcha, Nobilissimoq;
viro, velut hereditario iure acceptam prolixe
mibi non semel declarasti: Simul, ut extaret te-
stimonium mea erga tuam eximiam & ad
summa natam factamque virtutis indolem
obseruantiae. Accedebat eodem communis
amicie exhortatio, cuius ego voluntati soleo tan-
tum tribuere, ut nihil fere denegem. Oftenson.
ille mihi, ut aiebam, frontispicio tui operis cum
Pratorii carmine, quid tu, inquit, Collega Rota-
tershus: anno & ipse tuis aliquot versib. Geude-
rū mactabis? Cui ego, Noſti, in qua, me iam totū
fere aliarū Musarū, ac pene desertorem factum
illarū elegantiorū, que aſiduos & aliarū rerum
vacuos ſucultores poſtulant. Ita tunc ab illo diſ-
ceſſi. Reliquit tamen ea vox aculeū quendam in
animo meo, quo excitatus, cogitavi ad te pro en-
comiſtico aliquo ablegare Paraphrases trium
Pſal-

Psalmorum, quas paulo post illum sermonē per
hac ferias noſtras ut ergz conscripsimus, dum
ille pro ſuo aliquot annorum more laudatissimo
mihig optatiss. ac incundiſſimo strenā ſacrā mihi
parans, Psalmū inquā LXXIX. Muſam mēā
diu iam languente ac iacentem ad ſimile ſtudiu
exſuſciavit. Liceat mihi hęc quoq; Antiturcica
vocare, quamvis alterius generis. Quā n. pri-
ſcus ille Dei populus à ſuis quondam hostib. per-
peſſus, quaq; de illis conqueſtus & Deum aduer-
ſus illos precatus est, eadē & noſtriſ rēporib. ac-
comodatissima eſſe nemo negauerit, dum & No-
uifederis Ecclesia ſeu Christiana Republica à
ſuis hostib. implacabili bello infestatur. Quod u-
tinā hi ſoli ſint Turcæ Mahometicole, ac nō ſa-
pe etiam alii, eandē nobiscū fidem, eundē Chri-
ſtum, eadem ſacra profeffi & colentes! Annon
Christianos quoq; multos qua publice qua pri-
uatim experimur Turcas, aut etiā Turcis ſau-
iores? Quod iam olim in ſuis paſſim scriptis ma-
gnus ille ſui ſeculi Phœnix Erasmus deplorauit,
& eſt ſane res, que nullis lacrymis ſat deplorari
poſſit. Dum igitur alii de externis praefidiis bel-
lorumq; apparatu hoſtib. opponendo, & conſiliis
ac modo reſiſtendi in omnes partes diſputant
(quod & faciendum omnino eſt, & præcate-
ris laudabiliter facere cognouimus Italos, quo-
rum ſcripta deinceps tuo, Geudere Nobilis,

beneficio Latine legemus) nos quoq; qui in campo non possumus domi aciem instruentes, quib; datur armis, nempe spiritualibus pugnemus in Turcas, adiuti liberorum & coniugum ceterorum, domesticorum veluti subsidiariis copiis. Sic n. & B. Ambrosius se aduersus Gothos Italiam vastantes lacrymis precibusque munitum pugnasse in epistola quadam testatur. Estq; hoc verissime etiam ab Ethnico scriptore pronuntiatum: ἐα πόλεμον, ἐα μάχην χρόπις δεῦ: hoc est,

Absq; Deo bellumq; sinas, pugnamq; relinquas.


Revera autem absq; Deo bellum gerit, quisquis tanum curribus, viris & equis, id est carnalib. praesidiis fretus, non autem in nomine Domini rem aggreditur. Sed iam prolixior esse incipit epistola. Tu velim à me aequo animo geminam hanc strenam accipias (partim in qua mea partim alienam (quoniam & sua amicis ille pro singulari sua bonitate minime nobis aliena esse vult) & de utrāq; statu quod tibi optimū factū videbitur, sine nostra hac Antiturca tuo illi maiorū viriliarum operi adiicienda putaueris, sine minus. Illud quidem unice te rogo ut voluntatem tibi gratificandi meam, & hoc studium declarande mea obseruantia accepta habeas, mihiq; fauere pergas. Ita tibi

Præteritiq; egressum anni, ingressumq; recentis Conditor annorum prosperitate heet.

Tuta.

Tutaque composito pacis det tempora bello
Depulsaque fluat copia larga fame.
Quæq; luis veteri serpebant temina in anno,
Aere vitali longe Hygieia fugeret.
Barbarus in primis, qui hiibus imminet, hostis,
Cogatur fœda vertere terga fuga.

Vale. Altorū mense Ianuarii Anni M.D.CI.



PSALMI LXXIX.

QVI EST PRECATIO CONTRA TURCAS, ET OMNES Ecclesiæ Dei hostes,
Paraphrasis.

AD CONR. RITTERSHVSIVM, IC.

TPLA in faciū terras gens sensit, & hostes
Inuasere, DEVs, crudo tua iura duello:
Atq; tuum diris incestuare furentes
Templum impune modis, sacraria conscia cultus
Illa tui flammisq; Srbem ferroque dicatum
Deleuere tibi. Lapidum iacet altus acerum
Magna Sion, sepelitq; suas miseranda ruinas.
Proh dolor, occisorum hominum tua signa sequentum,
Corpora vicinos circum abidere per agros,
Vulturibus predam uq; lupis, & alliengis, sub ipsum
Insontem, ceu flumen aquæ, sudore cruorem.
Nec quisquam fuit, iniecto qui puluere saltum
Spargeret, aut lacrymis ornaret manibus ossa.
Finitimi illudunt igitur, si scij, petulco
Incessunt miseros, & ditib; procacia dicunt.
Quem fincm, Pater alme, malis dabis? & tua quando
Viæ a remollescat pieras? semperne ligebit
Ira tua, & calidis ardens fornacibus ignis?

Quin age, & in gentes illas sim serto furoris,
 Verte ira fera tela tua, quas nescius error
 Et celi securus agit: regna ignibus illa
 Vtre, tuum nemo implorans ubi numen adorat.
 Qui generis florem Isaci extinxere, domosque
 Exuertere solo, & lustris liquere ferarum
 Nec tibi iam libeat, quibus heu flagravimus ante,
 Flagitia obiectare, Pater mitissime nobis.
 Verum ades, auxiliumque tua bonitatis, & alas
 Sande citate, adflictis deplatisq; ruinis,
 Ad te, nostra salus genibus proreppimus egris.
 Adfer opem, seruaque pios, delictaque nostra
 Nube tege, atque ignosc. Volens per nomina sancta,
 Per decus, atque tui radios oratus honoris.
 Barbarus infulter nostris ne claudibus hostis,
 Impia ne soboles vultus pugnacis Amoris.
 Dicat, ubi illorum DEVS est? quibus imperat astris
 Armpotentis? qua regna tenet? quas terras virbes?
 Nunc igitur, nunc surge, precor, tecum esse prophani.
 In populis ostende DEVUM, parsique tuorum
 Sanguinis immittes ex hostibus exigere panas.
 Abramida spectent leti, genteque tremiscant.
 Vltorique DEI flamas, numerisque severum.
 O pater, o generis reddor fortissime nostri
 Affice quos gemitus quam tarro è carcere antro
 Fundat inops Iude, tua quondam gaudia proles:
 Affice, & à ingulo gladios depelle piorum,
 Quos ferus addixit morti furor, omnibus illos
 Supplicis macta, cunctisque acerrimus. Vtor
 Finitimos concide notis, querorū impia lingua
 In nomen tor dira tuum conuicia fudit.
 Tunc nos qui cladi capteque supersumus virbi,
 Attamen & grec & plebs tua, tunc tibi grates
 Soluemus, landaque tuas super astra feremus:
 Dum rutilo sol axe diem, dum candida noctem
 Luna debet, liquidoque micabunt sidera mundo.

Scip, Gentilis IC. Altotfii Kal.
 Ian. Ann. M.D C.I. fac.

PSALMI LXXIV.

QVI E IV SDEM C VM PRA-
 CEDENTI ARGVMENTI EST,
 Paraphrasis.

AD IAC. GEYDERRVM.

Vo nos ergo Deus, tua pignora, que so, repelles,
 Inque gregem proprium quis erit tibi terminus ire.
 Quisque modus, solitum tua carpere pascua latet?
 Esto memor cetus, magno quem tue redemptum.
 Ipse tibi quandam felici sorte parasti.
 Illa tibi tua cire & arx sit Sionia sedes,
 Quia gratum fuit ante animo, Rex magne, morari.
 Prostratos hostes pedibus tere magna loquitos,
 Atque afflige solo, tua qui sacraria diris.
 Vastauere modis, atque omnia confundevant.
 Indictoque tibi bello tua templa profanant.
 Barbarico barritus, inibi sua signa locantes,
 Cernui adorantes manuum fragmenta suarum.
 Nonne micans cernis ferrum alte? nonne securim?
 Qualiter in silvis lignator robora sternit?
 Ingeminans itus, & asto crepitantia lapsu:
 Haud ulter Templique fore tabulataque pulchra
 Vermiculati operis rumpunt, lacerantque ruruntque.
 Vibrantes quadcumque fecerat, finditue, trahitue:
 Sacratique tibi miscent incendia tectis,
 Quae (dolor) in cineres redigunt, abolentesque fanilla:
 Atque tuo quondam (ah) dio loca numine plena.
 Spurcius complevit, agitantes talia mente,
 Sequique instigantes per mutum. Protinus, era.
 Huc ruuite, & socii pradas agite, omnia longe
 Vasta date: Isaciudum felis imponite finem:
 Nec locus in terris superet, quo sacra ferantur.
 Hac hostes. At nos insignia desira prisca
 Omnia destituere, nec vultus a mensibus illane.

Addunt spem misericordia: Vates oracula fundit
 Amplius, heu, nullus: Doctorum muta queruntur
 Ora, nec in populos dictata salubria spargunt.
 Quo tandem usq[ue] hostes tuae sancta lacestere probris
 Numinaque columnas, Deus, piasteris inuitus?
 Que te, Sante, manus subducere causa coegerit
 Tam longum a nobis, dextram auxiliuq[ue] remouit?
 Ante senu hic velut affuet requiescere, blanda
 Cen gremio infantem genetrix, fuet atq[ue] tuerat.
 At tu, Rex seculis antiquior omnibus, omne
 Usquam est quicquid opis, praestas qua quipatet orbis.
 Te faciente, aquor Vallatum constitit Sidus:
 Tu virtute tua frangis capita alta Draconum,
 Atque naturae subes exanguia monstra per aquor;
 Tu cete examinas immaria, deinde Goranda
 Das desfricolis, saxosa habitat intibus antra,
 Vulturibus cum aquilis, quibus Engues rostris adunca,
 Tu terre ex sensu fontes educis amanos,
 Paulatimq[ue] tubes inflamma cresceret ruos.
 Tu facis arentes et contra sapientias alueos
 Flumina desituant, nudoq[ue] in litore pisces.
 Tu luceni tenebrasq[ue] facis, noctemq[ue] diemq[ue];
 Aeternas seruare vices: Tu sidera cali
 Omnia solari splendentia lumine, torques,
 Immotaq[ue] doces Solui lege atq[ue] renoluis.
 Omnes tu certo discretas limita terras
 Imperio regis; Et sapienter dividis annum,
 Astas et grata mutet vice frigora bruma:
 Mortua et hiberno quo tempore, vivida rursum
 Omnia vere novo iuvenescant, deinde senescant
 Autumno, postquam matura inexorit astas.
 Quando igitur talis tantaq[ue] es, maxime Regum,
 Fac animum subeant que hostes opprobria spargunt,
 In Superosq[ue] somnile conuicia mentes.
 Anne impune rauum violet gens impia nomen?
 Ne pradam, ne que soferis animam abiice mestam,
 Sed te confessam, Et tua numina magna vocantem
 Cum gemitu, qualiter per syulas compare turatur
 Dispergit Sidus. Misericordia oblitia semper
 Ne capiant animalium animum, Pater optime, mitem.

Atq[ue]

Atq[ue] aliud quamquam fors crimina nostra merentur:
 Attamen ipse tuum clemens, agere suffice sedus:
 Institiam bonitas, iram patientia vincat.
 Africis et laceant squalentes pulucre terre,
 Hostilisq[ue] furor graffatus et omnia passimi
 Perdiditur? dominumq[ue] cadauerat tristia restent,
 Quia lugentia heros magis et lugentur ab ipsis.
 Da, queso, cuires nimis est accisa labato?
 Da, ne ignorancia sanmisq[ue] ad portus obverret.
 Nam mala perpessi atq[ue] arumia mole grauati
 Ora disertatuas in laudes promptaque solent.
 Surge, Deus, insuq[ue] tua causa arbiter esto
 Ac vindicta, animoq[ue] malorum opprobria versa,
 Quaeq[ue] somnunt in te quavis conuicia luce
 Recordes anima, audentes se opponere calo.
 Supplicibus tandem vois mouere tuorum,
 Et gemitus ne sperne pios. Furor hostium austus
 Incrementa capit, tumidoq[ue] superbita fastu
 Affectat regnum in populos, totumq[ue] per orbem
 Iam proferre parat, ni obster, victoria signa.

CON. RITTERHSIVS, IC.

Kalend. Ianuar. auspicib. anni a na-
to Christo M. D. C. I. Altorf. f.

PSALMI LXXX.
PARAPHRASIS, EIVSDEM
FERE CVM SVPERIORIBVS
argumenti, eodem auctore.

I Sacidum ò custos, Iosephò ò inclite pastor,
Quo gregis instar agens alio atq; in pascua ducit.
Defendisq; lupos illis saevosq; leones:
Dignare o nostraris pius exaudire querelae.
O qui sede sedens angusta cuncta gubernas,
Vestigiaq; & innumerari cœlestibus alio,
Afferi parvum quas prompti ad iussa ministri,
Appare, diog; fauens nos lumine lustra.
Auxiliumq; tuum rebus fac sentiat artis
Beniamides, atq; Ephramides, soboleq; Manaissa.
Exsere magnificum nobis, Deus, exsere robur
Saluandis, & nos truculentu, libera ab hoste.
Tu nostraris solare, Deus, sarcisq; ruinas,
Et nos tranquilli collustra lumine latus:
Quia iam est deplorata salus, tunc certa redibit.
Bellipotens ò Ioua Deus, quo ad & q; misello.
Iratus populo precibus non flecteris sellis?
Pro potu lacrymas, lacrymas pro pane ministras
Largifluas, pienum nobis cratera propinans.
Tanta animos erumna premis, miserosq; fatigat.
Finitimis Seluti scopus, in quem tela ferantur,
Testamente sumus: certatem incurritur in nos:
Litibus & lituis: insultatq; insuper hostis,
Postquam dama dedit, sannisq; illudit amaris.
Bellipotens, nostraris sarcis ac solare ruinas,
Et nos clementis collustra lumine latus:
Quia iam est concilamatis, falsus, rediuniareret.
Tempore tu prisca (et nobis retulere parentes)
Niligenam Pharis & item dignatus ab oris
Transplantare alia in tellure fauentibus astris,
Ut spaciun' siti ad crescendum latius esset.
In seisti veteres procul emigrare colonos
Funditus eversos. Tu duxo, comeq; suisti:
Plana parati & tuta dedisti cuncta viarum.

Teg

Teg, austante alte excrcuit radicibus actis,
Pulmitibus terram & late compleuerit omnem,
Et vastos montes spaciofa texerit umbra,
Sustuleritq; polo celsis capita amula cedris.
Ad mare luxurians diffusa est leta propago,
Euphraten & ad & q; expandit brachia flumen
Hec olum. At nunc cur sepius nudata fatiscit
Vasca disruptis aditus patet omniibus eius,
Et vastare licet, cui cui liber, obvia quaque?
Ergo illam fetosus aper silva actus ab atra
Calcaribus, rostro eueritique repando:
Irruit & queuis alia ipsam bellua vastans.
At tu, Bellipotens, celi hic conuersus ab arce
Despicito in terras, & & item hanc lumine lustra
Iam placido, Deus, ipsius cur amque resumere.
Tu sartiam hanc tecumque dato: Tibi coquenit & item
Illud opus. Tua enim plantauit dextera quandam,
& eternisq; tibi legisti hanc fædere & item.
Ergo impone manum extremam, & bene perfice capta.
Te statuente modum & tantibus, inq; trepante,
Ignis edax spiritus erit, ruptura coabit.
Tu quo hunc populum dextra tuare potenter,
Letitiamq; eterno defendere fædere gentem.
Sic ab te nunquam fiducia nostra recedet,
Semper & herebunt tibi peitora fida Ichousa.
Tu nostram exitio, & vita fons, assere & item,
Letificisq; tuas laudes celebrabimus hymnis.
Bellipotens, nostraris sarcis ac solare ruinas,
Et nos pacifici respecta lumine latus:
Quia iam est deplorata salus, te dante, redibit.

Altiorii postridie Kal. Ianuar.
horis antelucanis, M. D. CI.

**DE STATV IMPERII
TVRCICI, CVIVSMODI SUB
AMVRATHE fuit, & de modo
eius euertendi.**



N bello quod nuper in Persia gestum est, Turcicus Imperator iacturam 600000. hominum fecit, præterquam quos pestis nuper Constantinopoli absumpsit, viros consilio graues, authoritate & rerum experientia præditos amisit, indies ferre Chiausii seu nuntii ab aula in diuersas imperii prouincias ablegantur, qui militem cogant: etiam loca maximi momenti saepius præsidii denudantur, quod in bellis præteritis ad annum vsq; 1585. non fuerat tentatum. Sed cessit necessitatibus confusudo & mos antiquus. Aprili proximo nuntii Constantinopoli cōparuerunt, qui è Vallona & Ganiñia, Morea seu Peloponeſo & Dalmatia seu Illyrico & Hungaria præsidarios auocarint, quod manifestissimum signum est penuria hominum, & incolarum, amplissimum licet & vastuofissimum sit Turcicum imperium, id alio quoque argumēto confirmatur: cum proximo Septembri Vcchia ly cum 22. triremibus Pontum Euxinum superaturus esset, milites quibus classem instrueret, fere nusquam reperit, sed eam multitūdine abiecitissimorum & vilissimorum hominum compleuit. Plurimi Græci inuiti & coacti ad remos fuerūt

rele-

relegati. Octobris sequenti multi Agiamaglani in Ianizarorum numerum fuerunt recepti, qui paucitate annorum à militia illa libera & quæ magnā experientiam quondam requirebat, arcebantur. Eodem mense edictum fuit propositum, vt quicunque officium vel munus ambiret, ab Osmano, tunc belli Imperatore in castris id obtineret, aliter impetratum, irritum habitum iri. Quin & Ianizarorum ordini fuerunt adscripti Turcæ natæ, idque contra morem & consuetudinem aulæ Ottomannicæ, quæ præterquam renegatis nullis aliis, nisi ex singulari fauore locum in ea militia dabat. Hoc anno in Martio mense cum stipendia militibus persoluebantur, Spachi rebellarunt, in bellum amplius profici sc̄ recusantes, Imperator ipse nisi militiæ intercesseret, horum furori Amurathes cedere coactus decreuit, ne aulici amplius in bellum nisi præsente Imperatore, traherentur, sponte ni militare vellent. His diebus Archiduca tes Croatiæ locum Ochozanchi nomine ceperunt, Vſcochi vigilia Iohannis Baptiste suburbium urbis Broazzo exusserunt, utrisque pauci restiterunt. Namque Spachi in suis confiniis non excubant, & habitatoribus atque incolis prouinciaz vacua sunt. Nec militum saltem raritas, sed in primis viri consilio prudentia & bellica arte præstantes desiderantur, Imperator vitam otiosam in matris sinu in deliciis gynæcei degit, yſu & experientia rerum protinus destituitur: Consueta Turcis arrogantia præpollet, morbo caduco non nunquam laborauit, vnde cerebrum illi laſum credimus, vt præcipitanter & non præmeditate saepius decreta fanxerit pernitiosissima, quæque in summum illi

detrimentum vergebát. Id videre fuit, cum Anno 1579. omnes Iudæos qui Constantinopoli viuūt, mortis suppicio addixit, Anno 1584. Christianos hac ratione è medio tollendos decreuit. Piores impetu eius & indignationē declinarunt largiter & p̄fusa numerata pecunia Sultanæ matri & Lazarorū Age. Et sententia illa in vanā legē transit, vt nimirū Iudæi pro Turbāte, v̄sitato Turcis capit̄is tegmēto, eo genere pileorū vterētur, quē Medicī Iudæi antea soli v̄surpauerat. Christiani p̄fessissimū euaserūt periculū, q̄ nulla arma in ipsorū ædib. reperta fuerint, vt ex falsa delatione Amurathes suspicatus fuerat. Ex his, q̄ diximus, appet̄, potentia Turcicā indies declinare & assiduis illis ac diuturnis bellis imminui, ad eam penitus euentandam, nihil aliud q̄ concordia principum Christianorū requirimus. Cogitent saltem, quā dāna indies percipiāt, q̄ pericula imminēant, amonif. simā ac felicē vrbis Constantinopolis sedē ante oculos ponāt. At facilius voto & cogitatione confoederatio & societas inter principes, similis p̄xi. mā, concipitur, q̄ revera in effectū ponitur. Nos ab iis principibus, q̄ piculo proxime sunt expositi ligna saltē, milites, frumentū & pecunia regrimus, vt mediocris potētia colligi & in hostē duci possit, successus felices propter incōmoda quibus Turce premuntur, speramus, cuiusmodi alio tempore vix longe maioribus viribus contingent. Quicunque igitur bello Turcas aggressurus est, tria in primis ponderanda sibi proponet.

1. Vt expeditionem quampliam certam & finitam s̄ecum decernat.

2. Vt constet numerus militum & reliquias

apparatus, quibus eum perficere possit.

3. Vt compertum habeat, vnde hos apparatus habere possit & conquerirere debeat.

Hæc postrema consideratio belli Imperatoris propria est, cui incumbit de omnibus diligenter prospicere, id illi soli discutiendum relinquimus, nos breuitatis causa de prioribus loquemur.

Priorem quod attinet nulla vñquam expeditio magis celebris, plusque laudis minusue periculi habitura esset quam Constantinopolitana Affricanis, Illyricis & Græcis vrbibus omnibus posthabitatis, illius situs plus benefici quam facinoris grauitas terroris ad expugnationem conferet. Hæc vrb̄s intra duo freta posita est, alterum versus ortum, ad Pontum Euxinum, Bosphorus Thracius dicitur, alterum versus occidentem ad mare Ægæum Hellespontus vocatur. In vere & æstate naues Alexadrinæ Oryza onustæ per Hellespontum Constantinopolim nauigant, ibique exoneratae, per Pontum Euxinum in Asiam permeant, frumentum in eandem vrbem reportantes. Quod si Christiana classis intra hæc duo freta consisteret, has naues facile impeditre vel deprædari, denique etiam imperium maris sibi vindicare posset: Quæcunque alia classis nihil nostræ officiet: Nauale enim Constantinopolitanum naubus vacuum, nec ligna in promptu habentur, vnde construi possint, vnde à Constantinopolitana classe nihil periculi incumbet. Quæ naues Trapezunte adduci vel ibidem fabricari possunt, tria obstacula & incommoda grauissima habent. 1. Quod naues

ex recens secta materia & ligno modo cæso ædificatae, ad nauigationem inutiles sint. 2. Et si aliquæ vslum haberent, tamē in illo littore Asiatico nulli remiges, nulli milites, qui imponantur classi, repertiantur. Remiges enim mancipia sunt, quæ vel Constantinopoli vel in Barbaria conqueruntur, vel rusticæ Europæ coacti ad remum telegantur. Quod classis hostilis noua nec armis nec milite probe instructa nūquam nostrâ aggressura vel in fretum intrare ausura sit, si nostra ibi in statione maneat & mari dominetur. Eandem ob causam neque Afri neque Asiatici & Orientales obsessis sublido venire poterunt. Sed danda in primis opera ut classis nostra mense Aprili, & Maio parata & in procinctu sit, ne tempus & commoditates alia, ad expeditionem plurimum conducentes amittantur. In hunc modum obsessa Constantinopoli, non diu, quæ ad viictum necessaria, incolis suppeditet, commeatus enim fere omnis per Hellespontum infertur, nec vllum huic negotio impedimentum adferet Heraclea, Silicerna, Perinctus, quæ Rodoslo vocatur, Palermo quæ Panormus dicitur & Marmora. Namque Matmota & Palermo à nostra classe prohibebuntur, illa in insula, hæc in Asia sita sit. Tres priores in littore Europæ positæ, nauigationis vnu destituuntur, quod si frumentum carris vel vehiculis in urbem deferre vellent, magna equitum multitudo ne ad arcendum nostru exercitum (de quo postea dicemus) opus habebunt. Quin potius, quicquid commeatu erit, hæc vrbes ipsæ reseruabunt, cum pauperes sint & nullius fere momenti. Si iigitur vndique prematur Constantinopolis credendum

dum illam breui à pleriq; desertam iri. Id quoque in consideratione venit, quod ibidē vltra 200000. Christianorum & Iudeorum reperiuntur, qui Turcis infensissimi libertius Christianorum quam hostium imperium suscepturn, in eiusmodi vero confusione nihil minus verendum quā hos quieturos esse, quin potius certo credendū, eos pro virili communem causam adiuturos, maxime si armis instruantur. Hæc de spe prosperi successus huius expeditionis dicta sufficient, reliqua ad potētiam & robur bellicum spectant. Turcum Imperatorem, rebus sic stantibus, validum exercitum educere posse minime quidem credimus, id tamen si fieret, paratum est remedium, quod omni metu nos liberat. Nam à quacunq; parte Turcus exercitus ad fretum accedit in ea subsistere cogetur, quod ad alterum latum, terra firma concedere nequeat. Equitatus traiici non potest, nisi multis dēfixis palis pons struitur, id genus ædificii longo tempore & apparatu indiget, & facillime à nostris nauibus disturbari potest. Contra exercitus noster libere poterit vagari in eo littore ybi nullus erit exercitus hostilis. Liberum enim nostris mare relinquitur ab omni parte. Impedita igitur nauigatione commeatus nullus Constantinopolim inferri poterit. Neque annone comportandæ facultas cōmodior erit, si terrestres copias habeat, quod nulla ratione fieri possit, vt hoc tempore alium domi, alium in Persia, denique & Theodosia, (quæ Caffa hodie) alium exercitū alat. De modo ingrediendi Hellespontū queritur, quod illa duo castella quos Dardanellos vocant ad defensionem eius freti & prohibendum aditum extrecta, tormentis bellicis munita & in ipso fere mari

posita sint. At sciendū eadē facilitate & tēporis spa-
tio vtrumuis horū occupari posse, quo copiē in ter-
ram exponuntur, quod si alterutrum eorum equi-
tatus hostilis defendat, alterū eo p̄esidio carebit,
q̄d mare interluat, equitib. insuperabile. Ea quoq;
potētia Turcæ nunc plane destituuntur, vt prater
priorēs aliū insuper in Asia aliū in Europa exercitū,
qui nunquā coniugantur, sustineat. Et vno quidem
castello capto, classis tuto trāmitti potest, ne ex al-
tero tormentis infestetur, alia insuper stratagemata
nocte dieq; deducēdi exercitus excogitari queunt.
Sed de Dardanellis fusius dicendum. H̄a dux arcē
antiquo more & forma ædificata, vno saltē & qui-
de simplici muro, nullis aggerib. nullis propugna-
culis munita, nec magnæ sunt, nec recte custodiū-
tur. Asia Dardanellus quadrangularis est, in plani-
tie littoris situs, vbi facillime cuniculi agi possunt.
Europæ⁹ ouali figura cōstat, positus ad radices mó-
tis qui illi tot⁹ iūmīner & dominatur. Nec in sum-
mo culmine propugnaculū vllū est, muri plane si-
miles prioribus, mons non è saxo sed terra & aren⁹
constat vt plurimum, pauci ibi p̄esidiarii sub p̄a-
fecto & tormentorum magistro ibi excubant. In
eo summa negotii totius vertitur ne in easdem in-
fidias incidamus quas hosti struimus, commeatu
scilicet & rebus ad viētum necessariis vt classis de-
stituantur. Ante omnia frumenti insignis cōpia coa-
ceruanda, panis, biscoctus parandus, isque iisdem
nauibus, quibus milites vehuntur imponendus.
Quod si bellum longius protrahatur, in Can-
dia vel Tīna Venetorum insulis, granaria instituē-
tur & rerum omnium prouisione instruātur, quod si h̄a nimis remotā à belli sede videantur, earum
vicem supplebit Marmora quę in ipso fredo sita, fa-

cillime capi & muniri potest. Expediet quoque vr
præter arma quib. milites nostri vtūtūr alia circum-
ferātur, quæ inter Christianos diuidentur, si qui
perrāsi Tyrannidis, nobis se coniungere & ab hoste
secedere velint. Constat in bello nuper gesto Grē-
cos Peloponesiacos rebellasse, eosq; Archiepiscopū
in Italiam ad arma cōparanda misisse. Celāda quo-
que expeditio est & diuersus rumor spargēdus, vel
de Africa infestanda vel alio loco oppugnando, &
conformia quędam negotia instituenda, q̄ rumore
illum cōprobent. Nunc de bellica potētia, qua hēc
expeditio tentari & perfici possit, videndum, hoc
tempore, quo exhauste sunt Turcarum vires, lōge
minor requiritur, q̄ si integrā starēt, vbi potius erit
defensioni inniti, q̄ hostem laceſſere & irritare. Pri-
mū 40000. peditū & 2000. equitū ad hanc expedi-
tionē sufficere putamus, hic exercitus semper in a-
cie longā & protensa p̄cedat, & à mari nunquā lon-
gius abeat, vbi situs locorū, collib. distinctus, ei p̄-
pugnaculi & munimenti instar contra hostilē eq-
tatū erit. Secūdo classem 100. triremiū (quas Gale-
ras vocant) requirimus, easq; naues ita cōparatas
volumus, vt quo quis tempore quocunq; locorū ap-
pelli & deduci possint. His aderunt quoq; naues, q̄
militē transportabūt, pro quarū parte decē nauigia
eius geneti, q̄ vulgo Galeazze vocant, instituenda
cenſerē, quorū vſus cōmodissimus est ad hostis im-
petū excipiendū, ad fugiendū v. & insequendū parū
conducunt. Belli sumptus q̄ atinet, 4. auri milliones
toti huic expeditioni, in fallor sufficient, si mo-
do bona fide pecunia cōfetaſ & expendatur, pedes
singulis mensib. 5. coronatos accipiet, q̄ vno anno
summā duotum millionū & 400000. coron. facit.

Ad equitatum alendum, 16000.coron. vnoquoq; mensē requiruntur. Vnde summa vnius anni pro equitatu 92000.coron. facit. Tritemis quælibet 10000. coron. vno anno constabit, vnde tota classis millione & 200000. coron. opus habebit. Reliquæ naues & 10. Galeazze 35000. coron. constabūt. Summa igitur omnium sumptuum huius expeditionis pro anno vno facit 4142000. coron. Quod si ad optatum finem expeditio produci nequeat, id saltem, quod fieri potest intentum relinqui non debet: hostis in primis exagandus & molestandus est, cogendusque ut duos exercitus in tres diuidat. Quod si Archiduci Carolo pars pecuniaæ conferatur, qui suos subditos ab una parte, ab altera Vscocchos in hostem immitteret, & paulatim aliquid territorii sub prætextu priuatarum contentionum & incursionum ei eripiet. Vscocchorum hodie vltra 2000. numerantur, eorum dux Georgius Mefuh vocatur, nullus est qui in prælio contra Turcas quatuor virorum vicem supplere nequeat. Pax enim inter Austriacos & Turcas rupta nullo modo intelligitur, nisi machinæ & tormenta bellica proferantur. Proximis annis impune quidem Budæ Bassa cum multis aliis in velitationis certamine periit, nec quisquam eam cladem vindicavit, regiones per quas iter exercitui foret Turcis subiectæ passim Christianis hominibus incoluntur, qui natura robustissimi & Turcis infensissimi sunt, odii causa non tam dicenda misera illa seruitus qua fere opprimuntur quotidie, à Timariotis bonis omnibus spoliantur, multisque insuper plagiis afficiuntur, quam quod sanguinis annis liberos sibi charissimos vi rapi & vanissi.

nissimæ superstitioni Mahumetanæ mācipati priis oculis intueri coguntur. Eodem momento pars triremium, siquidem otiosæ quædam sint, in plagam orientalem emitenda foret, ad depredanda loca maritima & disquirendas naues, quæ Constantinopolim petent. Quin & Romanorum Imperator & Poloniae Rex aliique Principes & dynastæ, si fieri possit, ad id bellum petrahendi essent.

INDEX

RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM IN TRACTA-
TVM DE REBUS TVRCICIS BRE-
uis & succinctus.

BYDVS & Sestus loci Turcici imperii splendidissimi & opulentissimi 177
Abyssinorum rex à Turca deuictus 169
Acies plures ex diuersis constitutaendas agminibus 316
Aciei perfectio in quo confitatur 356
Acanzii agricolæ vocantur 23
Acanzii militat equites ibid.
Acanzii comparantur Haiduchis Hungarorum ibid.
Acanzi voluntarii milites dicuntur, & quare 256
Acroceraunii montes, hodie Dicimara, cur vocetur 92
Adrianus eius nominis vi. summus pontifex Romanus 160
Æquitas Recipubl. incolumitas & libertas paci anteponenda sunt 311
Ærarium Turcæ, quomodo amplificare soleant 65
Afaf Turcicum propugnaculum in ostio Tanais exterritum 48
Africanii milites fortissimi 33
Agalapii fortissimi equites 31 cur sic dicti, & vnde ibid.
Aga dux militia Aulicæ præcipuus 244

Beglerbegi vilissima sunt mancipia Imperatoris 238
Agiamoglani qui vocetur 30
Aguerus & Larace portus 80
Agmina & Turmæ qualiter instituenda 325
Agraria ylterioris Vngaria occupatur 121
Agraria ad hostem impugnandum aptissima 290
Agraria occupatur à Turca 113
Albertus Austriacus frater Vladislai germanus 218
Albertus Austriacus Sigismundo succedit 211
Albania sub Georgio Castrota seu Scanderbegh est 179
Albani latinorū religionem sequuntur 175
Aladaous in Seghedinë clade maximum commisit errorem 352
Aladanus cum duab. turmis hostem aggressitus, quo cæso milites in spoliis colligendis occupati reuerteri eximia eos affecerunt clade 352
Aldanus defendens Lippam militibus deprædandum ex currentibus ingenti afficitur clade 226

Alca

INDEX

Alea belli, & fortuna sape tētanda 326
Alexander II. summus pontifex 154
Alexander Magnus cur sym-patriota dictus 151
Alexandri Magni comparatio cum ducib. Romanis 263
Alfacquius ex vrbe Scatiua ortus 173
Alfier iudex & scriba 245
Alfonsus Albaquerquensis Detistrax prorex 84
Alfonsus Albaquerquensis Mähometis sepulcrum de-prædere conatur 84
Algernim vrbs à Turcis vocè Sclauonica quomodo dicitur 82
Alipe Han tractatio cum ministris pontificis 162
Aly quartus Mahometis propheta focius 173
Amurat Bei prefectus rei maritimæ, è familia Memorum 20
Amurathes cur sapientius sit oppio 72
Amurathes cur dicitur Bongi 71
Amurathes ad Varnam tanqua vietus retrocedit 317
Amurathes Christianos qui Constantinopoli moratur, cur occidere iussit 172
Amurathes Turcarum Imperator Mahometis pater 71
Amurathes maximo percussus timore ob instans pœlium 213
Amurathes III. mollis & delitius & ocio aulam perditam tenuit 278
Anariz tributi genus pronautarum & remigium solutio ne impositum 63
Ancus rex Romanorum non minus ad pacem, quæ bellum gerendum paratus 281
Andronicus nunc fugiendo, nunc repellendo defatigatus, tandem in fugam coniectus 309
Antiochus Thessalia poritus Pheras in suam redigit portatem 295
Arcularii & tormentarii ad latera, cornua, & terga hostiū infestāda promissimi 350
Architalassī quale nam officium 14
Arma qualia, quantaque esse debeant 284
Armeni ob cōtemptum Bocgi cur vocentur 56
Armeni caminorum purgatores 56
Artificia curruum, falcatorū, & lignorum terræ infixorū quid cōmodi nostro exercitu adferant 360
Asia perpetuo à Turcis molestatur 277
Assan Basla filius Mahometis Socoleuichi 16. Eunuchus Constantinopoli captus 500 coronatis è seruitute emptus est 12. auaritia & ratio emungendi pecuniam 104

I N D E X.

- Affan Bassa in pago Cicalessi
natus, 12. natione Epirota
alias Albanus regimē te-
net absente Mahomete, 11.
cur cōcītarit reliquias Mu-
dahari in Gemen, 19. Cai-
rum rexit in Ægypto, 12.
vbinatus 104
Affan Grad fluuius à quo sic
dictus 107
Afappi admodum inermes,
& ad pugnandum protinus
inutiles 270
Afappi pedites vilissima ri-
pendia merentur 257
Afappi milites præsidarii 32
Afappi vilissimæ conditionis
homines 63
Afappi quali armorum gene-
re vtruntur 340
Asper vel Asprus, non Aspe-
rus, Græcis moneta, Ara-
bib. Osmanni, Turcis Ä-
se nuncupatur 27
Asper valet 24. Manguris 27
Asper constat 8. manguris 28
Aspri 9. reddunt thalerū 28
Aspri duplicitis sunt generis 27
Aspris Turcarum imperator
militibus suis satisfacit 27
Aspri quinq; iusti ponderis
reddunt drachmam 27
Asprorum quantitas quantū
valeat 68
Astutia Turcarum 231
Athon mons Græce ἀγρίου
öpos dicitur 27
Athanasius Lichnidensis E-
piscopus 170
Augusta mons 140

- Autoritas magna Visiriorum
Bassarum 7
Autoritas primorum consi-
liariorum (quos Visirios
vocāt) quare diminuta, ib.
Avaritia Amurathis III. insi-
gnes 65
Auxilia ad Hūgaricum bellū
dux Mantua, Hetruriæ, &
pontifex Romanus quæ
conferant 154
Ayton Armenius Monachus
182
Azemir nomine Turcæ quid
intelligant 78
B
Ahalzebuf, lingua nostra
deus muscarum dici-
tur 112
Bahera regio quōdam Batra
vel Bačtra dicta 79
Bahozi Hungariae vrbs 120
Baiazethes & Selimio succellit
et Turcica procul dubio
militia funditus effet euer-
sa 275
Baiazethes & Solymanus im-
petum in Italiam sub Ma-
homethe faciunt 106
Balduinus Argonauta 133
Bellum tempore hyberno ge-
rendum 311, 312
Banni prouinciarum rectores
Beglerbegis multo infer-
iores 121
Barathi sine stipendio in bel-
lum proficiscuntur 24
Baroniū Cardinalis Ecclesiæ-
sticarum historiarum scri-
ptor antiquissimus 161
Bassa

I N D E X.

- Bassahuchi à Turcis Vafalli
adpellantur 79
Basilis dux Ostrouiz 156
Bastia qualis locus, & quantū
à Corcyra distat 89
Bastia Corcyre Insulæ oppo-
sta 175
Battiorum agminum latera sal-
tem carris muniuerunt
360
Bazca & Srema prouinciae
quales & vbi sitæ 55
Beglerbegus quantum per
annam loco reditus acci-
pit 254
Beglerbegus ab Amurathie in
Moldauiam mittitur 18
Beglerbegus est supremus
Bassa, qui & maris impe-
rium obtinet 26
Beglerbegus Dominus Do-
miniorum vocatur 252
Beglerbegi Arabibus Meli-
cal Vmerca 25
Beglerbegi Græcis ἀρχαῖς
adpellantur ib.
Beglerbegus Turcis idē quod
dux ducum, vel princeps
principum 25
Beglerbegi officium Græcis,
Turcis Rumclia, græcis
populis dicitur, quod nam
fuerit 16
Belgi qualem quantumque
exercitum conscribere so-
lent 332
Bellum offensiuum an geren-
dum 290
Bellum optime & feliciter
gerere 50. hominum mil-
lia requiruntur 322
Bellum quomodo institue-
dum, gerendum 290
Bendera anno 1583. exusta
est 156
Benevolentiam militū quo-
modo Mahumetes sibi
conciliauerit 7
Bernacassi prouincia fere tota
Turcico imperio subiacet
169
Bessarii Cardinalis principi-
bus Italiae grauiter impro-
bat, quod Constantino-
polim perdiderint 130
Besli milites præsidarii 32
Bezcherech vrbs armenissima
à Transylvano funditus
exusta 121
Biccia propugnaculū Croa-
ciæ munitissimum 281
Bix vel Bicagi ditio vbi sita
121
Bœmundus Argonauta 133
Bresciana arx munitissima a
Foxio duce deuicta 307
Buda inter regni vrbes prin-
cipalissima, & Metropolis
nuncupatur 296
Bulgari populi robustissimi
148
Borysthen Insula 157
Burisia vrbs Asiae quandam se-
des Turcicorum principiū
13
C
Adilescieri supremi iudi-
ces 242
Cadus magnus quæ sibi pro-
uinciae sint subiectæ 37

I N D E X.

- Cadi sub quorum tutela sunt
 37
 Cæsar arte, & non multitudine militum Pompeium deuicit
 306
 Cæsar 1000. militibus Pompeium cum 7000. in latō campo deuicit atque profigauit
 339
 Caffalucchi quales, & vnde sicut
 171
 Charalia idem significat quod nigrum serpentem
 89
 Cairus Ægypti vrbs cur Misir vocetur
 66
 Caurum Turcæ curiam & palatium Imperatoris vocat
 12
 Cœni regum singulis annis Constantinopolitum mittit millionem auri
 239
 Caicchi dicuntur ii qui hortos colunt, vel aliis rebus præfunt
 27
 Canisa Hungariæ vrbs
 120
 Calaber Rogerius qua vinciendi vsus ratione
 135
 Calogeri Monachi in solitudine viuunt
 27
 Calamattan fluuius
 89
 Calixtus II. summus pontifex
 154
 Clavus ferreus à Turcis pudogan vocatur
 55
 Clemens III. summus pontifex
 154
 Clemens VII. eius nominis summus Romanorum pontifex
 160
 Clemens VIII. summus pon-

- tifex
 Clementis VII. Zelus
 Claramons Auernia vrbs
 Cliffa propugnaculum fortissimum & munitissimum in hostium manus deuenit
 307
 Capirbassi Ianizariorū ducis, officium est præcipuum
 245
 Capizi Bassa supremus gubernator
 29
 Cara præfectorus rei maritimæ è familia Memorum
 29
 Carolus VIII. Galliaræ rex
 177
 Carlostadium vrbs Italizæ
 107
 Capodi Sacchi promontoriū vbi situm
 91
 Cassantarbassus supremus Thesaurarii fungitur officio
 242
 Casilinum castrum exiguum
 295
 Cassouïa seu Offæ planities fertilissima
 51
 Catharo præcipua clavis Dalmatiæ
 90
 Casparus Brunius Pii V. summi pontificis frater
 183
 Casparus Brunius commen-dator Hierosolymitanus
 183
 Caspium mare, nunc mar di Bacu dicuntur
 40
 Castlad⁹ dux ex prouincia discedit 276. Transylvano cū 8000 militū succurrerit 275
 Castelnuoum à Iacobo Sorazio deuastatum
 173
 Caussa cur Turcæ potius de-

- fensiu[m], quam offensiū fuit gestu[ti] Polonus ipsiſis bellum inferat
 155
 Cautele in seditionibus mouendis obseruādæ
 169, 170
 Chazillarii qui, & cur sic dicti
 131
 Cecchinus Venetus quanti constet 28. idem quod Sul-taninus
 28
 Cecchini dicuntur etiam du-cati
 28
 Cicala consilium Amurathii datum
 126
 Cigala primi Visitri officio priuatur
 280
 Chiausii qui dicuntur
 380
 Chiliarchæ qui dicuntur
 364. vnde sic dicti
 31
 Chimeriotæ quam regionē incolant
 108
 Chimeriotæ & alii quomodo à Turcis puniti
 170
 Chimeriotæ Albanicæ lingua loquuntur
 108
 Cyrneus Albanus, alias Cy-rinus, hodie Corsica dictus rei maritimæ peritissimus
 20
 Circassiorum ditio quoisque se se extendat
 47
 Circassi quondam Zigæ dicti, Polonis pientz corschii i. quinque montani dicuntur
 47
 Cythera insula etiam Cerigo hodie dicuntur quare & vnde
 90
 Cremum vel Crimæum vrbs vbi sita
 40

- Christiani principes quæ tri-buta & recognitions Tur-cis & Tartaris soluant
 67
 Christiani quomodo de rebus Turcarum certiores red-antur
 103
 Christiani quomodo à Turcis vocantur
 167
 Christiani à Turcis Vieti po-tissimum in Vngaria & quare
 300
 Christiano militi ad hostem profigandum quænam ne-cessaria
 57
 Christianorū principum res quomodo in notitiâ Tur-carum perueniant
 101, 102
 Confessio & mors notabilis aulici cuiuslā iuuenis
 174
 Conflictus graulor & maior paucitate militum quam immensa multicudine ori-tur
 356
 Congiaria & dona quæ dicā-tur Turcis
 8
 Commeatus & Cibaria, quæ Turcæ in Asia & Europa parare possunt
 50
 Commeatus nauium Turca-rum
 64
 Commeatus qualiter compa-randus 285. per pontum Euxinum in Vngariâ quo-modo deferri possit
 51. per Thessaloniam, Scopiā & Albam regalem in Vn-gariam deferatur
 51. per Ciatum seu Moraia Ser-viæ fluuium quomodo transmittatur
 51

I N D E X.

- C**omparatio Turcæ & Christianæ militiae 262
Coruinus naturalis Matthiæ regis filius 218
Consilium de renouado bello Persico 77. 78
Consilium Melitenibus belum inferendum 81
Copie quas subdit ad mandatum Imperatoris in belum mittere coguntur 255
Corcyræ insulam, hodie Corfic dictam, obfidendam Turcæ suadebant 88
Corizzi vel Coryshi militiae Persica maxima labes 124 125
Coruinus octies cum Turcis prospere pugnauit 211. 212
Coruinus morbo correptus vitam cum morte commutauit 215
Cosacci quales, & vnde dicti 109
Cosacchi populi audacissimi 156
Cosacchi regi Poloniae Magno parent 156
Cosacchi populi 97
Colson vrbs Chersonesi celebris à Polonis occupata 97
Corrona mons 149
Constantinopolis & Gracia captæ atque victæ quare 130
Constantinopolis vrgetur annona extrema caritate 6
Constantinopolis quomodo obfessæ 384
Curdi seu Gurdí quales, & dicantur 48
Curdistam leu Chaldæa Arabit. quomodo vocetur. ib. Culcardasi quinam vocentur 33
Culpa seu Colapis fluuius 107
DAcis Romani cur tributum peperderint 149
Danubius glacie congelatus occasione oppugnadi hostem præbet 314
Damasci & Caireti reticulum, quod Zercula vocant, gestare non audent 30
Dardanellus propugnaculum facile expugnari potest 185
Dardanellus Asia castellum 386
Dardanellus in planicie sita 185
Dardanelli maximam imperii Turcici partem occupant 177
Dassona Moldauis quid 156
Debruccia prouincia Bulgariae 24
Defectus, quibus laborat exercitus Turcici, recensentur 59
Del Gago regnum auro purissimo abundat 125
Deli præfectus rei maritime, è familia Memorum 20
Demaratus Sparanorum rex in Persia exulás Xerxi suadet, vt Cytheram insulam obfideat 90
Demir

I N D E X.

- D**emircapi, portæ ferreæ sunt per quas Alexáder Magnus ad Georgianos tránsiuit 47
Dquondam portæ Caspiæ diæta 40
Demostenis consilium enumeratur 152
Dephterdari, & Mehemet Bas fa Armeniⁱ falsæ monete rei 31 quinam, & cursus dicti 32
Despota omnia consilia, atq; Christianorū conat^r Turcis aperuit 214
Deutelius nimis audeo vna cum militibus prædæ inhians, iam partas & acquifitas victorias amift 307
Diadar vel Deuidar à Mamalucis, Gracis vero Ἀρτούριον vocatur 16
Dieffenbachii & Transyluanii exercitus hostium excusiones reprimunt 317
Difficultas quo minus Buda obfideri possit 297
Din ciuitas Lustaniae 84
Distributio armorum quadrum quomodo recte instituenda 333
Dyrrachius port^r, hodie Durazzo angustissimus 91
Dux belli generalis eligēdus 262
Dux prudentia, potius quam manu certare tenerit 362
Dux bellii qualis eligēdus 264
Duces & Tribuni militibus præficiendi quales 366
Duces eminentiori loco subfister debent, quo melius suis & succurrere, & citius ab hostium minis protegere possit 363
Duces nec imperare, nec militibus quidquam præscribere possunt 364
Duces quem sibi locū in prailiis diligere debent 361
Ducum virtute sola positum est, prudētia præcauere periculum & cladem auertere 357
Ductores cornuum & agminum quem sibi locū vendicant 365
Dulcigno vrbs quondam Olchinium seu Colchinium dicta 180
Dulcignum vrbs 175
Durazzo in planisita 180
Dracola dux bellicosus subest Transylano 149. 150
Drchma 4. aspris constat 28
Drchma duodecim thalerū faciunt 28
Draus fluuius celeberrimus 137
Drutacarii seu Truncarii unde, & cur sic adpellari 31
Drusi qui milites & vbi siti 49
Elisæo omnia diuinitus fure directa, quæ Syria rex nemini nota effe volebat quam intimis 183
Emirus Hampza regis Persarum Mehemet Qudabundæ 6
Emiri cur Ziarā seu Tulpan-

I N D E X.

- tem viridi colore infectū
 gerant 93 se ex Mahu-
 metis prophetæ prosapia
 descendisse aiunt ibid.
Emittemus bellī insignia dis-
tribuit 242
Equites manuarii tormentis
 seu scelopis thoracibus ar-
 mati ferreis vti solent 343
 semper à phalange abhor-
 rent 338
Erdeuil siue Arduel pater I-
 smaelis 174
Error veterum de Macedonia
 & Seruia regionibus 51
Errores nonnullorum de va-
 riis prouinciis recensentur
 158
Eunuchus Vistrius Reginæ p-
 est præcipiuus cubicularius
 242
Ethnicorum loca quæ, & cui
 pareant 173
Expeditio Mahumetis 114
Experiencia multum condu-
 cit ad bene præliandum, &c
 cum hoste manus confe-
 rendum 302
F
Allacia & artes Ottoman-
 icæ 227
Ferat Bei ex hac vita transmi-
 gravit 120
Feratus Dux belli generalis
 Michaelē Waiuodā cum
 Transylvano recōciliat 89
Feratus Bassa moritur ibid.
Ferat & Sinan Bassæ quid pre-
 tendant 112
Feratus Bassa clam cum Tar-
 taro Grymæo consiprassæ
 accusatur 89
 Ferdinandi Archiducis consi-
 lium 118 patrocinium à
 Transylvano imploratur
 226
Feudatarii quomodo viuunt
 251
 Fileckum superioris Hunga-
 riæ vrbs 121
 Franciscus Maria Vrbini dux
 bellicosissimus 114
 Fretum Herculeum quid 80
 Flauius Vopiscus historiogra-
 phus longe celebrissimus
 148
 Floriani Imperatoris de prin-
 cipe Hungato vaticinium
 ibid.
 Foxii Gallici ducis tenenda
 regula 397
 Fuga Mahumetis 114
G
Gallia ad Rauennā victoria
 potiti sunt 347
 Gallorum regis & Anglie re-
 ginae legati Amurathē ad
 bellum exhortātur, Amu-
 rathes quid sibi faciendū
 sit tam subito statucre nos
 potest 36
 Galczze quanti valoris 387
 Galerae quæ Turcis vocantur
 387
 Gardanus Waiuoda dux 168
 Garganus mons 140
 Gelasius II. summus pontifex
 154
 Gemen seu Gimini vrbs Ara-
 bicæ felix 19
Georgius

I N D E X.

- Georgius Castriotus cur à**
 Turcis Iskanderbegh no-
 minatus 58
Georgius Wocouichius Ser-
 uiæ dominatum tenet 120
 ditionem suam ab Amu-
 rathē recepit 120
Georgiani à Turcis Gurggini
 vocantur & cur 79
Germanus peditatus Maximo
 Transylvaniae principi au-
 xilio & subsidiō est 338
Germani equites manuaria
 sua tormenta exploden-
 tes multos ex Haduccis
 vulnerant 353
Germanorum manuaria gal-
 licis quomodo vocantur
 346
Græcia cur hodie ad incolen-
 dum minus apta sit quam
 olim 38
Gregorius XIII. eius nominis
 Maximus Romanorum
 pontifex 160
Grocouicus Cæsareus Lega-
 tus ad mortem vsq; in car-
 cere detentus fuit 234
Giaffer Bassa suffocatus mi-
 ferrime perit 280
Giafer Bassa Eunuchus na-
 tione Hungarus, insignis
 belli dux 15
Giafer Bassa cur ab officio re-
 motus 15
Giafer Bassa sub Osmano, Si-
 nano, & Feratho in Persia
 militauit 15
Giafer in locum Halil Bassæ
 succedit 20
Gibeti quales populi, & vbi
 habitent 46
Giebegorum quales, & quod
 illorum officium 56
Giocchi non nisi comitandi
 cauſa imperatore in bel-
 lum sequuntur 24
H
Haidar Bassa in bellum
 proficisctur 18
Haiduchi pedites militant 23
Hafis-Haemar⁹ cur ab officio
 fuerit remotus 17
Hafis Haematus Cauri Bassa
 quondam Vonari Albanie
 pago natus non procul à
 Cicaleſſo distante 17
Hafis Haematus concionator
 Mahumetanus 17
Hafis Haematus valet prudē-
 tia iustitia & culgor 17
Hafis Haematus primus e-
 quitibus Turcicis stipendiū
 soluit 17
Halil Bassa Archithalassius, &
 eius signavia 19
Hannibal reprehensus, quod
 pugna feliciter ad Cannas
 commissarii nequirent 310
Hannibal Marcellum cecidit
 atque fugavit, & quæ cauſa
 353
Hannibal ad Cannas Roma-
 num equitatum fusum &
 fugatum non est insequi-
 tus 354
Hafnad; alii Gashad dicunt,
 Turcis quid 65

I N D E X.

- Hastati milites semper ad latera collocandi sunt 345
 Hastati milites noctu plurimum nocent 336
 Hatwanus vrbs Hungariae superioris 121
 Heluetii multo prudentiores nostris 323
 Heluetiorum laus & commendatio, ob magnanimitatem pugnandi 328
 Hermoianus Bosniæ princeps à Sigismundo defecit 210
 Herzecouina prouincia, alias Bosnia dicta 16
 Hibraimus Bassa supremus dux Imperii totiusque exercitus 12. in prouincia Herzecouina dicitur natus ibid. prelium committit ad Agriam ibid. Melitam infulam se occupatum effutus ibid. Sultan Imperatoris matrem gerit 13
 Hibraimus ad imperandum plane ineprus, fatius & ridicularius ibid.
 Hibraimus Bassa Turcarum Imperatori sanguine iunctus 12. ad bellum gerendum timidissimus ibi.
 Hieronymus Bardus Peloponesum inuadit 177
 Hyems milites alacriores, & ad expeditionem fortiores atque animosiores reddit 312
 Hierosolyma à Turcis Cuzimubaret dicitur 130
- Hispanus à quibus bello peti possit, quo Turca facilius occasionem victoriae consequendæ obtineat 83 cur Venetos contra Turcas iuware tenetur 132
 Hispanum bello petendū 82 Hispano bellum Turca non mouet, aut lacescit 126. 127
 Hispani in Africa quas ciuitates possideant 80 Hispanici & Turcici imperii termini contigui 126 Honorius III. summus pontifex 154 Hosti fugienti quomodo insistendum 333 Hostem non insequendū nisi plane arma abiecerit 333 Hostes vieti denuo victores existere possunt 316 Hun vox quid denotet 41 Hunni, Alani, Gothi & Vandali, &c. quas expeditiones in Italiam fecerint 94 Hungari eiusmodi munitio- nes deridēt & ludibrio habent 361 Hungari hyemis iniurias, & vim frigoris minime perferre possunt 313 Husaroni qui dicuntur 33 I
Iacobus Soranzius Reipub. Veneta legatus 13. oppida à Turcis huc vī; professā, restituit Christianis 120
 Iacobus Soranzius Persarum regis

I N D E X.

- regis & nomine Reip. Venetæ in Magnesiâ ablegatur 4 Ianoma à Transylvano exulta 121 Janus comes Poloniæ 156 Iaurinum Vngariae citerioris oppidum 121 Ianizari vnde dicti 29 Ianizari quales & vnde sic dici 27 Ianizari optimi milites 29 Ianizari Tulpante non vtuntur 74 Ianizaris qui milites rectius opponuntur 346 Ianzus dux Vngarus 156 Ieremias Wai Woda qualiter tractandus 155 Iuuenes Romani ad nocturnas impressiones faciendas dexteritate & agilitate præstant 339 Ioannes rex Budam defendēdam à Solymanno accipit 224 Ioannes rex homagio adstrictus domui Ottomannicę 224 Imperator solus totius bellum dux eligendus 364 Imperator & Transylvanus siue coniuncti siue disiuncti pacem cum Turca inire non debent 122 Imperator Romanus studiosus pacis 99 Imperator & Vienna quomodo à Turcis appellatur 98 Imperatorem Romanum A- murathes bello aggrediendum decreuit 106 Imperatori Turcarum quare munera publice in conspectu offeruntur 69 Imperatori Romano bellum inferendum 98 Imperatori Turcarum quare munera, & eius ministris donentur 68 Itali principes quibus itineribus in Turciam peruenire tuto possunt 186 Italiam bello inuadendam 94 Italiam Turca quibus itineribus inuadere possit 137 Itinera per quæ Tartari in Vngariam proficiscuntur, recensentur 44-45 Juditha Holofernem potentissimum quāuis, interfecit tamen 182 Iudicium Solymanni de Hæreticis 167 Iustiniana secunda Guisendifil 176 Iustiniana prima Lychnides 176 K
K Adileskieri quibusnam inscrivent 37 Karstia prouincia celebris, 137 Ketziebassi quod penula caput tegant ideo vocantur 79 Kiselbassi à Turcis per iocum vocantur 73 L
L Abeatides palus, aliter Lago di Scutari 175 Cc

I N D E X.

- Ladislai clades 120
 Ladislaus conscripto 60000.
 militum exercitu hosti ob-
 uiam procedit 218
 Laudes & Encomia Italæ 94
 Lancearii milites quales, &
 quianam dicuntur 334
 Latini & alii, qui in regionib.
 Turcicis vivant enumera-
 rantur 175
 Latini exteri qui 171
 Legatus Imperatoris & castro-
 rum prefectus nullum cer-
 tum habet locum 365
 Legati Christianorum mune-
 ribus sibi aditum in aulam
 Turcicam facere solerit 250
 Legio Romanorum nunquam
 ultra 6000. peditum & 300.
 equitibus constabat 323
 Legiones Romanorum treis
 in acies non admodum ma-
 gnas distribuebantur 319
 Lencouiccius Cæsarianorum
 dux à Turcis in fugam cō-
 pulsus 170
 Leo IX. summus pontifex
 154
 Leo X. eius nominis summus
 Romanorum pôtifex 160
 Lewis armaturæ propria est
 agilitas, & crebra agitatio
 atque mobilitas 308
 Lippa arx munitissima vbinâ
 sita 121
 Lippam Turca cum 70000.
 militum obsedit 261
 Lites inter Alipe Han & eius
 fratrem Harach 163
 Lychnides quomodo hodie
 vocatur 178
 Loca Turcarum maritima
 quomodo occupanda sunt
 177. sic 178
 Ludouicus Vladislao in regno
 succedit puer 10. annos
 220.
 Ludouicus Solymano cum
 25000. militum occurrit
 220
 Ludouicus agmina sua tantu
 cariorum munitione se-
 psit 361
 Ludouicus Mediolanentium
 dux & legatus 177
 Ludouicus defatigatus, cum
 integrum diē equo vectus,
 ab hoste, quem parabat
 fugere vicit & ih fugam
 compulsus 369
- M
- Mæotides palus, Itali
 hodie nor delle Za-
 bachie dicitur 40
 Maha à Turcis bello non fa-
 cile lacefuit 125
 Mahometes III. omnium aplausu & laetitia succedit in
 Imperio 279
 Mahometes matrem habuit
 nomine Helenam 2
 Mahometes ira & indignatio-
 ne percitus grauisseme cū
 patre expostulauit & cur
 3
 Mahometes cur serius in bel-
 lum proficiuntur 6
 Mahometes profsus alienus
 a ve-

I N D E X.

- ¶ Venetiis delitiis & vo-
 luptatibus 4
 Mahometes cur equites Spa-
 nioglanî Ianizaris diripi-
 di traditi & eorum corpora
 palis affixa fuerint 8.9
 Mahometes bellico studio
 deditus 4. Nauum Nasuf
 Agam acerrime odio per-
 sequitur 3. mollis. timidus,
 & effeminatus 2. eius no-
 minis Tertius Imperio
 Turcarum potitus 1. natu-
 ra sagaci 2. militum be-
 nevolentiam summopere
 sibi conciliauit 8
 Mahometes vnam ex amasis
 propria manu cur occide-
 rit 7. plurima ab Amurathe
 patre cōtracta debita per-
 soluit 6. totum scilicet bris
 voluptatibus & delitiis tra-
 dit 5. Amurathem patrem
 plane interimer cōstirue-
 rat 4. suauis & admonitione
 matris pacem cum Amu-
 rathem patre init 5. patri A-
 murathi lites crebriores &
 maiores mouit 3. cur belli
 continuationem decreuit
 117. pseudopropheta af-
 fieclas suos in arte militari
 instruit 54
 Mahometes capitur à nostris
 115
 Mahometes cum Cæsare pa-
 cem inire deliberat 116
 Mahometes cur in bellum sit
 profectus 113
 Mahometes II. ad Christianam
 religionem traducitur 137
 Mahometes visirios Bassas of-
 ficio priuauit quare 7
 Mahometis superbia intole-
 rabilis 3
 Mahometis & Sinani Bassas
 conspiratio aduersus patrē
 Amurathem 4
 Mahometis immanitas & cru-
 delitas horrēnda 1
 Mahometis filii duo 9. nomē
 detestabile & abominandū
 tum Christianis tum Tur-
 cis 1. ex omnibus concubini-
 nis charissimam habet
 Flatram 9. tyrannis ob rem
 nullius momenti 4. filii
 quomodo publice conspi-
 ciantur 9. auia nobilis Ve-
 neta ex familia Bafforum
 esse dicitur 3
 Mamaluchi vnde originem
 ducant 48
 Mamaluchi qui à Turcis di-
 cantur 283
 Mamaluchi Turcis qui vo-
 centur 48
 Mangurus moneta cuprea est
 valens numulum antiquū
 27
 Marchio Saccornanus in-
 terdicitur pugnandi copia
 266
 Marmora captu facilis est 386
 Marmora Insula est 384
 Martelossi qui dicuntur 256
 Martelossi homines nefarii, &
 nequissimi 108
 Martini Segonensis sententia
 141

I N D E X.

- Masalem factū esse quid de-
noter 89
Masellini à Turcis quivocan-
tur 257
Matthias cum Bohemis & Po-
lonis pacem sanxit 216
Matthias rex equitatū in Mo-
rauam delegauit 283. in
lycme Zetiderouiam ob-
fessam, in cæstra fugiens,
reliquit, & sic amisi 314
Matthias si nullū alium ini-
micum habuisset, Turcā,
ad Thraciam usque de-
puisset 319
Matthias rex sēpissime dixit
iure pacem cum Ethnicis
iniri nō posse 318. morbo
correptus, moritur 218
Matthias rex in pacis tracta-
tione magnificis conuiuiis
& ludis campestribus tem-
pus terit 217
Matthiae regis dictū categori-
cum, siue axioma philo-
sophorum euidentissimum
313.
Matthiae regis dictum solēne
Turcam vinci nō posse,
310
Matthiae regis consilium pacē
cum Turca incundam 311
Mauri Hispanis inuiti parent
84
Maximianus Imperator cur
Albā regalem non occu-
parit 118
Mehemet Satarzgi à Sultana
matre curiametur 18
Mehemet Satarzgi diu Cara-
- manie Bassa fuit 18
Mehemet Satarzgi officium
Tzader Meſter Bassi adiipi-
scitur 18
Mehemet Bei p̄fectus rei
maritimæ, ē familia Me-
morum 20
Mehemet Qudabunda Per-
sarm rex qui dñolitus fit,
intellecta, morte nepotis
Haidazi, quem Turcis ob-
sidem misserat 6
Metlica yrbs Italie 107
Michael palæologus ab ho-
ste derisus simulando fu-
gam, in insidias deductus,
& insigni clade affect⁹ 309
Michael Waiuoda Moldauic
Transylvano patet 149
Milites spolis & exuviis col-
ligendis occupati, totam
aciem perturbant 306
Milites quomodo, in tutum
reducendi, iisq; succurren-
dum sit 356
Myoparones Sultanarum qui
& eorum officium 62
Mohaz Vngari pugnā diffe-
runt, cum sit locus cōmo-
dissimus 305
Mohaz oppidū subiaceat Tur-
cico imperio 211
Moldau inter Europę gen-
tes bellicosissimi 149
Moldavia ad Transylvanię
principatum fecerit 117
Morea regio in umbilico fe-
re Turcici imperii sita est
180
Moscouitæ, ut bellum Tur-
cicis

I N D E X.

- cis inferat, quomodo per-
suadendum 160
Moscouitæ bellum non indi-
cent 128
Moscouia vrbs quando com-
busta 41
Mosci siue Moscouitæ quo-
modo adpellent Cæsarem
160
Moscerarii Hispanis in Bel-
gio maxime usui 341
Mosquettarij, & à tergo, & à
fronte hostib. plurimū no-
cere possunt 346
Mozabiqua Africæ ditio 173
Muftius primus & præcipuus
legis interpres 242
Muphrus quis, & qualis à
Turcis vocetur 103
Muldauiæ, & Cosaccorū te-
meritas 19
Mulei Ameth bello strenu-
fissimus & fortissimus 125
Mulei Ameth quos fratres
habeat 125
Murlachis cur sub Turcis vi-
uere nou licet 108
Murlachi Cæsarianis subie-
cti 170
Musliman vox quid denotet
148
Muschaphus liber cur magno
in pretio habitus 71
Muteferaga præcipui sunt
aulici 24
N
Natura & mores Amura-
this III. 71
Narenta seu Narona oppidū
imperii Turcici 98
Naupactus, hodie Depanco-
dictus, maris Adriatici lit-
tus 91
Naualia Turcarum, ab ipsis
Terfanī vocantur, plurib.
in locis 61
Nautæ Turcicæ & remiges
infiniti 63
Ninia Insularum præcipua 26
Nicolaus V. summus pontif.
130
Nicolaus IV. summus p̄ctif.
154
Nicolaus II. summus ponti-
fex 154
Nicopolis, quæ hodie Prone-
za, & Nauarinum quondam
Pyhis dicta, ab Hispanis
occupatur 83
Nis fluuius vulgo Neper 157
Nis vrbes præclaræ 138
Nouibazat vrbs 138
Nouigradum vrbs celeberrima
90
Nomina regionum Turcarū
imperio parentium recē-
sentur 93
Numa Romanorum Impera-
tor pacificus 272
O
Bſeruationes exercitus
Turcici traduntur,
34.35
Obitus Amurathis & eius se-
pultura 112
Octo consiliariorum Turci-
corum de bello mouendo
recensentur opiniones 77
Ochiaconia Polonis quid
156
Cc 3

I N D E X.

- Odauerdi & Velli Bassarum
 virtus militaris 19
 Odoacer Gothorum rex 137
 Oddobassus decurio seu vicarius 53
 Officium ducis in eo potissimum consistit, ut militū animos initio pugnae probe firmet 245
 Officiales & reliqui Sangiacchi ambitiosē inter se certare solent, quis splēdius & præstantius donum Imperatori offerat 240
 Olynthi clues virbis Thraciae 152
 Osmanus, Feratus, & Sinanus Basæ egregia & virtutis & fortitudinis documenta ediderunt 10
 Osman Bassa Domitiū Corbalonem, & Pompeium magnum magnitudine superare conatus est 47
 Osman Bassa à Cossaceis maxima afficitur clade, & occiditur 48
 Osman Bassa eadem via in Persia venit 47
 Othozar regio sub cuius imperio fit 109
 Ottomannus cur sic dictus 1
 Ottomannus simulatq; principatum assecutus est, omnes cognatos occidit 236
 Ottomannicum Imperium violentum 273
 Ottomannici imperii dimicendi causæ quædā 36.37
- P
- Oran aut Arzila Hispano patet 173
 Oriza cibus Turcis familiaris 53
 Ormutz in Turcia ciuitas 12
 Ormuz Lusitaniae ciuitas 84

I N D E X.

600000. debellavit atque profudit 380
 Persis Turca non facile bellū moturus est 124
 Prenera, vel Oricus alias Nicopolis maris Adriatici litora 91
 Preseremus patria Iustiniani 176
 Primipili qui dicuntur 357
 Principes Christianos quantum Turca timeat 153
 Principibus & prouinciarum rectoribus, acieī cornua committuntur administranda 364
 Pialii Bassæ mors & interitus 10
 Pax dimicando, & bellum gerendo acquiritur 311
 Pax inter Austriaos & Turcas rupta non reparatur 388
 Pax res dulcissima 311
 Paulus Æmilius militum temeritatem domare & frenare optime nouit 305
 Peñca prouincia fertilissima 137
 Petrus Moldauia Waiwoda prope Balzanum in montibus Rheticis moritur 146
 Petrinæ propugnaculum vbi situm 107
 Petri Moldauia Waiwoda consilium 146
 Pertaf, Ali, Vlucchiali Bassarum ingens clades & miserabilis interitus 10
 Persæ rex Turcarum nuper 600000.
- do vocatur à Turcis & Per-
 sis 159
 Pugna aduersus hostem quo-
 modo instituenda 299
- Q
- Qudabanda Mahumetis bellum gerere non desit donec Casbin occuparet 72
 Qudabanda Mahumetis Per-
 farum rex quem patre ha-
 buit ibid.
 Qudabanda Mahumetis a-
 uus Ismael ibid.
 Quiloë prouincia Afise 173
 Quanta summa pecunia pro Turcico exercitu alendo singulis annis requiritur 387
- R
- Agusæus portus à ven-
 tis tutus non est 92
 Ragusa prouincia militum 91
 Raislai seu Monarchæ quales & vnde dicti 61
 Raschi populi strenuissimi 148
 Ratio Turci belli præsentis declaratur 14
 Rasciani Transylvano serui-
 unt 150
 Rectores palatii quales & cyn-
 dedicti 244
 Reditus & Thesauri Turca-
 rum 238
 Regius mons 140

I N D E X.

- Regiones Turcarum cur fre-
quentia carent 38
Remiges Turcæ mācipia 383
Rex Tartarorum Alip cur vo-
cetur 48
Rex Tartarorum Han cur sic
dictus 41
Rezi pagus vbi situs 3
Rhizonius sinus, Golfo di ca-
tharo dicitur 62
Robur & vires Turcarum 89
Romani quomodo phalan-
gem adoriebantur 337
Romani cur littora Danubii
munierint 128
Rumores sparsi, quo minus in
tempore auxilia debita Cé-
sari mittantur, impedime-
to sunt 146

S

- Abaz propugnaculum v-
bi situm 216
Saemar vrbs vbi sita 113
Sala Bei rei maritimæ perit-
fimus 20
Salnock Turcæ occupant,
ferro flammaq; deuantant,
226
Salona, hodie Spalato, ditio
Venetorum 98
Sangiachi ad exercitum cō-
mitemittere tenentur
52
Sangiachi Turcis qui dicant-
ur 19
Sanus fluijts celebris 137
Saphi pedites rei maritimæ
studiosissimi 32
Saphi Architalaslo sunt sub-

- iecti 74
Saphi cibaria secum in mili-
tiam ferre coguntur 74
Saraceni totam Italiam deua-
stant 94
Sarissarii milites qui, & cur sic
dicti 339
Satarzgi qui Turcis vocantur
18
Scanderbegus vires coniun-
git cum Turcis 214
Scelescnytabor arx munici-
pissima 138
Scipio Africanus neruum
belli in uno cornu collo-
cat 351
Scipio Africanus maior ad
duellum prouocatus non
militem, sed ducem genitu-
se asserebat 361
Scythicæ vulgo dicuntur Zi-
bellinae 68
Sclopetaři equites veterum
sagittariorum vicem susti-
nent 345
Sclopotorum quot genera re-
censentur 342
Schodra vel Scutari arte & na-
tura munitissima 180
Scholastici Turcarum lingua
Stoſti vocantur 4
Sdmir comes ad depreda-
dum expeditus 109
Sestus propugnaculum quod
facile vinci atque superari
potest 185
Selimus deuicta Paphlago-
nia Acanziorum quo le-
cum habuit 256
Selim-

I N D E X.

- Selimus Caii regnū, Armie-
niam minorem, plurimas
Persis regiones eripuit, &
occupauit 274
Selimus tormentorum ma-
nuariorum sonitu Persas &
Soldanum in fugam com-
pulit 324 ab Vladislao
pacem petit 219
Senalium Turcis claustrum
quasi adpellatur 3
Serdar primarius dux lingua
Persica, Serdskeř Arabica
adpellatur 31
Seriphō bellum esse inferen-
dum 80
Siculi strenuissimi & fortissi-
mi milites hastati 338
non vtuntur hastis præpi-
lati 295 deficientibus
Germanis, hastati succe-
dunt 338 rectius Sythali
vocantur 151
Sigethi cur hostes maximam
gerunt curam 298
Sigismundus inconsiderate
in p̄zium procurrit 302
Sigismundo regnante Vngaria
tyrannidem Turcicam
experta est 228
Sigismundus Battorius ad Cæ-
sarem trāſit, & fœdus cum
ipso init 111
Sigismundus potuit victoria
capta N̄copolii 210
Sigismundus 11. Polonia rex
161
Silcerna, Heraclea, Perin-
etus, aliter Rodosto, ybynā
sita 16
Socoleuichus Mahumeres
pater Assani Bassæ Socole-
uchi 16
Socoleuich quis à Turcis ad-
pelletur 105

I N D E X.

- Solmas propugnaculum v-
binam situm 226
Solymanni iudicium de Tar-
taris enumeratur 43
Solymanus bellicosus & stre-
nuus Imperator 275
Solnock ad oppugnandum ho-
stem, subfido esse potest
maximo 296
Solymannus cum 220000.
Albam regalem & Strigo-
nium expugnat 303
Solymanni & Selymi confi-
lia & deliberationes 101
Solymannus Imperator Ari-
dinum piratam Barbaros-
sam ad se allicere studet 21
Ariadino Barbarosse Ar-
chitalassi officii offert 21
Solymannus dedecus & infa-
miam incurrit 81
Solymannus frustra Melitam
obsider ib.
Sophi Sihan Bassa Budensis
Albanus natione à Turcis
plurimi aestimatur 18
Sophi dicti dōr̄ rōv̄ oīp̄s 73
Sophilarii Aly sectam ample-
xi sunt 173
Soranzi confilium 152
Spachi quomodo incedere
soleant 246
Spachi principum filii 246
Spachi seu Spachioglani iu-
uenes equestrés 246
Spahoglanii molles, effemini-
nati, delicatuli, aulici 22
Spahoglanorum quātuor e-
numerantur ordines 23
Stataria pugna omnium se-
curissima & optima 308
Stephanus rex contra Mo-
scouitam bellum gessit 98
Stephanus Batorius exorta
contentione ad Transylvan-
iam configuit 227. Wal-
Woda maximam Turca-
rum partem trucidauit
217
Stephanus Bosniæ & Rasciæ
rex ad Mahomethem ac-
cessitus 233
Stratilatus idem quod præ-
tor, vel militum ductor 22
Strages in Hungaria Christia-
nis illata recensentur 349
Strigofequi ad bellum inu-
tilissimi 344
Subassi quantum redditū sin-
gulis annis percipit 253
Successio Mahymethis in re-
gno paterno 112
Suevi səpissime reliktis equis
pedestrem aggrediuntur
pugnam 339, 340
Sultaninus valet 54. aspis
28
Sulcaninus moneta Turcica
28
Sulcan & Ales qui & quales
9. Rex regum nominatur
ibidem
Sultani quales milites 48
Sultana quæ nam, & quales
dicuntur 104
- T
- Tai filii qui hodie dicuntur
186
- Tamur Han, Tamerlanus, a-
llis

I N D E X.

- liis Tamberlanes dictus
115
Tamur Han magnus Baizace-
tem cepit 115
Tarsi regni descriptio 54
Tartali pugnando Mathe-
maticis tantum insistit cō-
templationibus 330
Tartari & Turcæ cur capitis
tegumenta pennis exornēt
105
Tartari cur Præcopitæ vocati
40
Tartari Grimæi cur sic dicti
47
Tartari cur Præcopii vocan-
tur 47
Tartari vt plurimum arcubus
vtvntur 342
Tartari etiam Nagaienses
vocantur 40
Tartari vel Tattari cur sic di-
cti 40
Tartari qualiter in bellum
proficiscuntur 42
Tartarorum amicitiam cur
Turca & alii principes ex-
petunt 43
Tartaros Turcæ bello non
lacefunt 128
Temesuaria Bassa à Transyl-
vano eo redactus vt Lippa
arcem traderet 121
Templa Turcarum Meschitæ
vocantur 119
Templa Turcarum seu Me-
schitæ cur Moscheæ voca-
tur 112
Tergum & latera aciei quo-
- modo munienda 359
Thassis prouincia ad Athos
montem sita 27
Theodorus Stratilatus ar-
cem Heracleæ in vicem
Timari accipit 22
Thesaurarii quibus præsunt
364
Theffalonica capta, quid in-
commodi Turcis adferret
186
Thucydidis iudicium de ca-
uendis periculis 140
Tiara nomine quid in sacris
litteris intelligitur 73
Timari qui dicuntur 247
Timarum quodnam proprie-
dicitur 21
Timoriati quales & quinam
dicuntur 241
Tigris, negev, & nege-
eu Græcis quid signifi-
cat, & vnde deducitur 21.
22
Tocca seu Tiara Turcica
quid 73
Tocca vrbis munitio & fitus
qualis 113
Topigi quo nomine adpellâ-
tur à Turcis 56
Topolianus pagus vbi situs
88
Traiani Imperatoris tyranni-
des 84
Transylvanianus se coniungit
Casari, quem Turcæ ma-
xime timent 117
Transylviani virtus bellica
seu fortitudo 147. 148

I N D E X.

- Transylvanianum re pecunia-
ria maxime iuuandum
152.
- Transylvano-Turcæ insidiâ-
tur 148
- Trapezus regio Turcis sub-
iecta 130
- Tribunus armamentarii nul-
lo certo loco affixus est 365
- Tribuni & centuriores quid
potissimum agere, quo o-
mnis feliciter succedant,
debeat 365. vnde originé
ducunt 31
- Triremes Turcarum cur pa-
rum valeant 62
- Tulpan Persis genus quod-
dam pilei 73
- Turca, quas conditiones pa-
cis incundæ proponit 119
contra quos molem belli
sit conuersurus, si pacem
cum Transylvano & Cæsa-
reineat 124. quo nomine
se lassum à Traosylvano
putat 123. cur subditorum
feditio[n]es maxime timeat
164. 165
- Turca & Arabes quomodo
nominent librum, qui cō-
tinet ipsorum leges 71
- Turca vnde picem nanciscâ-
tur 62. vnde seuum, vela,
& claus habeant ibid.
- Turca quo nomine Impera-
torem suum insignire so-
leant 8, 9. veretur ne Ma-
humete. Imperatoria di-
gnitate fungente regnum
Constantinopolitanum il-
- lis iterum eripiat, vt Ma-
humete 11. cur 2. fraudū
optimi Architecti 60. cur
maiori parte anni elapsa in
bellum proficiantur, &
exercitum non diu sub si-
gnis retineant 52. omni
genere carnis & Tzorba
pultimento vescuntur 53 a-
qua, vino, & Tzabar, quod
est potus genus, vtuntur
54 quomodo ad summos
honores perueniant 10. 11
auxilium sibi vt seratur ex-
petit 293. ligorum ma-
teria abundant 55. qui si-
dem Christianam eiura-
runt seditionē facile mo-
uere possent 166. natura-
les cur animis exulceratis
sunt, 165 pacem libenter
cur appetant 118
- Turcarum Imperator caput
& Ottomannicum imper-
rium nunc dicitur 9 cur si-
bi metuat 49
- Turcarum mos non restitu-
di, que semel in bello cepe-
runt 120. disciplina mili-
taris 57 arma offensiva &
defensiva 55
- Turcic Seidag, aliis 220 opes
sonat 27. quo armorum
generi, vtuntur 55
- Turcicus Imperator 400.
millibus hominū vel plu-
ribus in expeditionem ex-
currat 258
- Turcici Imperatores eo am-
bitionis stimulo digressi
vt ne

I N D E X.

- ve ne propriis quidem li-
beris parcant 4
- Turcum imperium vastif-
sum cur sic dictum 11.
praclaris belli ducibus de-
stitutum 10
- Turenopolia ditio vbi sita 12. 1
- V Accia superioris Hunga-
riae vrbs 121
- Varbagnum propugnaculum
à Soranzio exustum 178
- Varcinia de imperii Otto-
mannicie uerione 148
- Vehelementa atque audacia
hostis non aggrediendus,
sed lento pede 348
- Velona promontorium san-
cta Mariæ 178
- Veneti quid quondam cōtra
eiusmodi hostium impletū
facere soliti sunt 154. de-
fensoris Christianæ reli-
gionis ibid.
- Venetis vt bellum inferatur
Sultani Amurathi suadent
87
- Velprimum Hungariae cito-
rioris oppidum 121
- Victoria Christianorum con-
tra infideles 58
- Visirii qui sint, & quid Porta
79
- Visirii omnes vt Venetis bel-
lum inferatur consenserunt
88
- Visirii Bassi qui vocentur 7
- Visiriorum cōsilia quibus A-
murathi persuadent vt no-
num bellum suscipiant 74
- Vinadol ditio cui subiacet
109
- Vires Germaniae 259
- Vires Turcarum funditus
exustæ 387
- Virtus vnitæ & coniuncta so-
lidior & præstantor existit
axioma physicorum, quid
denotet 327
- Vizir Azem summus guber-
nator Ottomânicî imperii
16
- Viziri Turcic idem quod con-
siliarii 25
- Voinici lingua Sclavonica
quid significat 36
- Volga fluuius, Rha cur Terra-
ris dictus 40
- Volpii pactis iuratis fese Tur-
cic dediderunt 233
- Volscos in aciem currentes,
Romani pede firmo apbe-
lantes exceperunt 349
- Vosia vrbs propugnaculum
Turcarum 158
- Vouiadæ & Arâbassi inquisi-
tione diuitias acquisuerunt
109
- Vladislaus cum exercitu in-
stante hyeme ad Hemum
Thraciæ montem usque
processit 212. Vngaria rex
contra Albertum Austria-
cum, adiutus auxilio, profi-
ciuit 230. in Hungaria
sæpiissime prospero successu
relictis equis pedestre
init certamen 340
- Vladislaus II. cum 60000 mi-
litum sub fico in aciem

I N D E X.

- processit 303
 Vladislaus cum 25000. in expeditionem proficisciatur putans Amurathem funditus Europa exclusum 301
 Vladislai vituperium & contemptus, qui ad Varnam occubuit 315. expeditio in hycmen vsque durauit, 314
 Vladislao in regem electo, miserrime affiguntur pueri 218
 Vlefezgi quales, & vnde dicti 23
 Vlefe quid 22
 Vlofezgi, vel olophagi à Graeco ὁλοφάγοι cur sic dicti 22
 Vlupadischach qui & qualis 9
 Vngari non nisi lanceis, hastis & Bombardis vtruntur 294
 VsbeghHan Tattarus moritur relicto 12. annorum filio 79 ab Amurathe cur maxime offensus 163
 Vscochii quare sic dicti 108
 vbi latebras & receptacula sua habeant 108. Sclauonicam linguam callēt 108.
 Vscochi vigilia Iohannis Baptista suburbū vrbis Barrazzo exusserunt 381
 Vscochii quales proprie voce Sclauonica sunt 108
 quales populi seu gētes 90
 Vscochorum deprehensionibus variis quomodo resi-
- stendum 108. dux Georgius qui vocatur 388
 Vscochis vnde aditus ad mare pateat 109
 W
Waiwoda Trāsyuanie vrbis à Turcis defecit 117
 Waiwoda quantum Moldavia soluit 67
 Waiwodæ principes Poloniae 97
 Walachia & Moldavia prouincia frumenti fertilissima 61
 Walachi populi bellicosissimi & fortissimi 148
 Walachia Transylvaniae vrbis 117
 Walachi Romanis maxime exofi 149
 Wallones & Itali bombardis vtuntur 346
 Wan Mediae vrbis quomodo hodie vocatur 107
 Walterus Teutonicorum equitum magister 58
 X
Xerxes, Darius Mithridates quales incommoda ob multitudinem perpessi 269
 Z
Zani quales & quinam dicuntur 166
 Zagabrica vrbis Italiae 107
 Zar quid significat 41
 Zara olim Zacynthum oppidum 120
 Zaram pagus vbi situs 110
 Zara-


I N D E X.

- Zaramirizi vrbis opulentissima 90
 Zathmaria praefectus ob iurisdictionem, quæ ad Stephanum spectat, rixas & contentiones mouit 227
 Zecchius Venetus quot a spiris conster 238
 Zeccha quenam dicitur 238
 Zegatai quondam Bactriani quale genus, & vnde dictu 73
 Zelus Turcarum ardentissimus religionis 235
 Zercola peculiare genus pllei 74
 Zenon imperator Theodosium contra Odoacrum cum exercitu misit 138
 Zingi Han, alias Cägio, quomodo seruatus 105
 Zoroborensis Bassa alias Temeswar Spahorum & Timarorum dux 22

F I N I S.

Errata

- F**ol. 132. lin. 10. munus, quod. eod. l. 27. deuafat. f. 139. l. 17. amnia. pro omni. f. 141. l. 9. precedente. f. 142. l. 8. regionum friginitatem. f. 146. l. 10. dicetur. eod. l. 16. facient. f. 149. l. 3. geritur. euenient. fol. 154. l. 2. viderit. f. 156. l. 12. sunt pro sim. f. 167. l. 8. unum bapifma. eod. l. ult. queunt. f. 169. l. 16. quicq. eos sequuntur. f. 172. l. 12. negotiationu. f. 175. l. 4. Bruni⁹. f. 186. l. 13. Philippopolim. Fol. 193. l. 4. W VDS BERG pro WILD S BERG.
 f. 212. l. 17. votof. f. 215. l. 5. pugnas. f. 222. l. 5. cinctum protinctum. f. 226. l. 3. Segadiini. f. 235. l. 23. contumacem pro confirmari. f. 237. l. 8. vasalles. f. 242. l. 26. f. 260. pendiarioru. f. 244. l. 26. qui pro quibus. f. 249. l. 20. fidunt. f. 254. l. 27. ludosa.



54.870.604
N.Libr.F. 11651

1916
1916
1916

longiss. coll.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

L
491.

Botanischer 50.-

1-12.B.

394.51
82
D
31

M17005

1-12.D.9

434614